



245.

23

1778 7

DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
CONSOLIDATIONIS IN FEVDO
PVBLICO S. R. I. LIMITIBVS

Q V A M
ILLVSTRIS ICTORVM VITEMBERGENSIVM ORDINIS
AVCTORITATE
AD
SVM MOS IN IVRE VTROQVE CONSEQVENDOS
H O N O R E S

D. I. OCTOBR. A. R. S. MDCCLXXVIII.
IN AVDITORIO MAIORE
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
AVCTOR
IACOBVS CHRISTIANVS REINHOLDVS
PHIL. DOCT. IVR. VTR. CAND. NOT. PVBL. CAES. ET ADVOC.
IMMATIC. DRESDENS.

V I T E M B E R G A E
PRELO CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEMIAE A TYPIS

zur Abhandlung über die S. R. I. Rechte



D I S S E R T A T I O I N A T O R I A L I S
P R O
C O N S O L I D A T I O N I S I N F E V D O
P A B L I C O S. R. I. L I M I T I B V S
Q U A M
I L L V S T R I S I C T O R V M V I T A M B E R G E N S I V M O R D I N I S
A U C T O R I T A T E
A D
S Y M M O S I N V A R E V T R O V E C O N S E Q U E N D O S
H O N O R I S
P R O F. A. M. S. M. P. G. G. X. V. I. I. I.
I N A U D I T O R I O M A J O R I
P A B L I C O P R O F. A. M. S. M. P. G. G. X. V. I. I. I.
A U C T O R I
J A C O B V S C H R I S T I A N V S K E I N H O E P F V S
H A B E T I N V E N T V M I N T E M P O R E
M D C C L X V I I
V I T E M B E R G I E
I N T E R C O N S P E C T U S
P R O F. A. M. S. M. P. G. G. X. V. I. I. I.





PRAECOGNITA.

§. I.

Constitueram primo apud animum, quaedam de Libelli consi-
linn. consolidatione temporaria ex iure feudali priuato scribere, dum in hacce iuris materia varia, quae adhuc interpretatione atque illustratione indigerent, inueniebam. At re penitus inspecta consilium mutavi, animum inducens ad materiam ex iure publico cum antea proposita proxime coniunctam. Legenti enim mihi varia scripta, nostris temporibus intuitu successione Bauaricae exarata, placita et parum accurata, et legibus imperii contraria, deprehendebam. Spero igitur, me non plane inutilem operam esse nauaturum, si de consolidatione in feudo publico agam, eiusque ex legibus imperii repetam limites, quibus Imperator, in consolidandis et reinfeudandis imperii feudis, est circumscriptus. Cum vero fastigium imperatoriae maiestatis tantum sit, vt in describendis, quibus imperatoria potestas continetur, officiis et obligationibus, modestiae studium sit prima ac praecipua lex: non nouas opiniones, vt ingenii acuti laudes assequerer, proferre studui; sed potius omnem operam diligentiamque eo contuli, vt in omnibus meis placitis

A

citis



citis legum Imperii normam secutus, ea tantum adfererem, ad quae obseruanda omnis Imperator, antequam fauces Germaniae tenere possit, iurisiurandi religione, sanctissimo, quo mortales tenentur vinculo, sese obstringere solet.

§. II.

*Vfus vocis con-
solidationis in
iure Rom.*

Prius autem, quam hance materiam ordior, non equidem credo alienum esse praemittere, succinctam totius consolidationis ideam, vt eo melius, quae deinceps dicentur, possint intelligi. Consolidationis vox ex iure Romano descendit. Iustinianus illam inter modos finiendi vsusfructus refert, ^{a)} quo quidem in sensu eam describendam puto per actum, quo proprietates redit ad vsum fructum, ne, auctore Caio, in vniuersum inutiles sint proprietates, abscedente vsusfructu. ^{b)} Vsurpatur deinde haec vox in modis finiendi contractum emphyteuticarium, et bona censitica. ^{c)} In omnibus vero materiis, in quibus Romani hac voce sunt vsi, hance ideam cum hoc vocabulo coniungere, vt fuerit modus, quo ius et obligatio in vna conuenerit persona.

- ^{a)} In §. III. I. de vsusfruct. finitur vsus fructus, si domino proprietatis ab vsusfructuario cedatur, vel ex contrario, si fructuarius proprietatem rei adquisierit: quae res consolidatio appellatur.
- ^{b)} L. 3. §. 2. D. de vsufr. Admodum eleganter Paulus consolidationis rationem exprimit in L. 9. §. 2. D. de aqua et aquae pluui: arcendi conuincto vtroque iure, solium ius recidit ad vnum.
- ^{c)} Vocatur etiam alias confusio. L. 4. D. vsusfructuar. quemadmodum caueat. Kulpitius in disp. de consolidatione p. 10. annotat ex Theophilo, illam Graecis dictam fuisse *συνυψωση* et *σύνυψωσις*.

§. III.

*Significatus hu-
ius vocis in iure
feudali prinato.*

Missis vero his, iam me conuerto ad significatum, quem Longobardi in disciplina feudali voci consolidationis tribuere.



buere. Quod si enim essentia conuentionis feudalis in diuisione domini in duas partes heterogeneas consistit: sequitur, conuentionem hanc coniunctione domini directi et utilis antea diuisi, rursus tolli. Hinc consolidatio feudalis est modus, quo, coniunctione utriusque feudi domini directi et utilis in vna persona, nexus feudalis finitur. Cum vero consolidatio ita generatim accepta, non minus domini directi a vasallo, quam domini utilis acquisitione a domino directo facta, contingere possit: vtrumque consolidationis modum, vulgo specialibus distinguunt nominibus, priorem appropriationis feudi, de qua hic non sermo, a) posteriorem, de qua in praesenti verba facio, consolidationis in specie sic dictae nomine insignant.

a) De appropriatione feudi in specie scripsere Gabr. Schweder et God. Daniel Hofmann.

§. IV.

Vt vero dominus rite possit consolidare, extinctum debet esse primo ius omnium eorum, quibus feudum eadem inuestitura debetur, ad cuius perfectionem insequi necessario debet declaratio Domini de ea vel expresse, vel tacite interposita. Cum vero feudum vel in perpetuum, vel ad tempus, Domino fieri possit apertum: consolidationem in feudo priuato quoque vel temporariam, vel perpetuam esse, quisque videt. a) Perpetuae hinc, si ius omnium in eadem inuestitura comprehensorum fuit extinctum, temporariae vero, si per eam vasalli, eiusque descendentium ius, saluo iure succedendi agnatorum, vel simultanee inuestitorum, suo tempore feudum consolidatum a Domino repetentium, est extinctum, ex Feudistarum disciplina datur locus. Si enim feudum sit vel felonia Vasalli, vel praescriptione Domini, agnatis non nisi a tempore delatae successione cur-

Natura consolidationis eiusque diuisio.



rente, vel refutatione sine consensu agnatorum, vel simultanee inuestitorum, Domino apertum: neutiquam feudalis conuentio in integrum est finita, sed potius saltem ad tempus dominium directum cum utili est coniunctum. Vti vero consolidatio perpetua integram contractus feudalis naturam effectusque tollit; ita temporaria a nexu feudali tantum excludit ad tempus vasallum, in cuius locum iuraque intrat dominus, agnatorum vero iura et obligationes remanent, ita, vt renouatio inuestiturae, casibus obuinentibus, ipsis incumbat, extincta vasalli prole, succedant in feudum, et interim omnes actus sibi nociuos possint impedire. Domino vero priuato competit ius liberum, feudum sibi apertum vel consolidandi, vel reinfeudandi, nisi alterutrum ius ex ratione speciali impediatur. Hisce ex disciplina feudali praemissis, iam me ad feuda publica conuerto.

a) Conferatur Boehmer in *princ. iur. feud. Lib. I. Sect. III. cap. 3. §. 360. seqq.* Georgi Adami Struuii *Synt. iur. Feud. Cap. XV. Aph. 3.* Fletcher in *Instit. iur. Feud. pag. 799.* Singularem libellum de consolidatione temporaria edidit Io. Godofr. Bauerus.

TRACTATIO IPSA.

§. I.

*Prodominium
sublime in feudo
de illustri.*

Ex indole feudorum patet, omnis feudi essentiam in diuiso dominio consistere, nec aliter illud ne quidem concipi posse. Eandem in feudis publicis Imperii, eminentissima nexus feudalis specie, diuisionem domini esse statuendam, rei natura docet, ita tamen, vt saltem hic sint illa applicanda, quae iam ius feudale priuatum de dominio directo vniuersitatis monet. ^{a)} Cum enim feuda illa illustria vocentur, *dem Reiche angehoerige Lehne*, atque in legibus imperii, in aperturae casu, imperio aperiri, et in primaria lege,



ge, Aurea Bulla ^{b)} imperio deuolui, nec non in capitulationibus ^{c)} Imperatorum, imperio incorporari, dicantur, imo status imperii fidelitatem eorum intuitu non solum Imperatori, sed simul Imperio Rom. German. promittant: exinde tanquam necessario axioma ducitur, feudorum imperii dominium directum esse penes Imperium Romano Germanicum, Imperatori vero vi maiestatis imperialis, ^{d)} prodominium eorum sublime, exercitiumque omnium eorum iurium, quae dominio directo ex legibus imperii fundamentalibus insunt, competere.

- a) Doctrinam illam optime explicauit Stryk. in *Disp. de prodomino feudi directo*, et Georg. Ladou. Boehmerus, vir summus et de disciplina feudali immortaliter meritis, in *Disp. de iure principis circa loca et opera publica*, cap. I. §. 4 et id. in *Disp. de impedita feudi consolidatione* Goettingae 1757. habita §. II qui prodominium, quod in omnibus vniuersitatibus, tam priuatis, quam publicis locum habet, describit per exercitium iurium omnium, quae dominio directo alterius insunt, atque illud in sublime, vi imperii ciuilibus, et simplex, alio iure, vel vi mandati, officii, vel pactis, et obseruantia competens, diuidit. Exhinc prodominus feudorum sublimis est, qui iure imperii exercet dominium directum, quod est penes rempublicam.
- b) v. *Auream Bullam* c. VII. §. 5. et *Limnaeum* ad c. VII. §. 3. obs. 2. pag. 326.
- c) *Capit. Imp. Nouiss.* art. XI. §. 10. *Wenn ins künstige Lehne dem Reiche durch Todesfaelle oder Verwüirkungen erschuet werden.*
- d) Inde in *capit. Imp.* Art. II. §. 3. vocatur *Reichslehnpflicht*, verbis: *noch die Reichslehnpflicht auf unser Haus zugleich richten.*

§. II.

Consolidationem hinc in feudo publico, non minus quam priuato locum occupare, res ipsa docet, ita tamen, vt Doctores iuris publici illam magis speciali nomine insigniant. Cum enim res hactenus infeudatae, per dominii vtilis cum dominio directo coniunctionem, iure bonorum publicorum censeantur; ideo eos appellationem Incorporatio-

Descriptio limitum incorporationis in feudo publico in genere.



rationis ^{a)} recepit, mihi persuadeo. Incorporatio vero hæc eodem modo existit ac consolidatio, eosdem fere præsupponens terminos habiles. Si enim illa iure fieri debeat, nec potentia viribusque superioribus extorta videatur, formulis legibusque fundamentalibus rei publicæ cuiuslibet sit consentanea, et in genere fiat secundum limites, quibus imperium principis circumscriptum, est necesse. Antecedere illam primo debet feudi apertura; quod fit, extincto iure eorum, quibus debet eiusdem necessitatis requiritum, puta, legitima declaratio Pro-Domini sublimis de dominio vtili feudi cum dominio directo publico uniendo. Hæc duo non modo doctrinæ gratia, verum etiam ex ipsorum feudorum usu inter se ut distinguantur, necesse est; atque ideo in Capitul. caes. ^{b)} si de feudis apertis est sermo, dicuntur *eroeffnete und heimgefallene Lehne*.

^{a)} Vocabulum incorporationis in LL. Rom. de bonis ad fiscum deuolutis vsurpatur. Ita occurrit in l. 1. et 2. de incorporat. in Cod. Theodof. et l. 1. de bon. proscript. in Cod. Theod. nec non in l. 3. Cod. Iustin. de bon. vacant. et incorpor.

^{b)} Capit. Imp. Nou. Art. XI. §. 4. Iterum de feudis imperii c. XIX. §. 1. et 2.

§. III.

Feudi aperti
idea.

Apertura feudi
limitatur,
a) si linea qua-
dam extincta,
alia eiusdem ori-
ginis adhuc su-
perest.

Feudi aperturam incorporationem præcedere, superiori docui §pho. Hinc extinctum debet esse ius omnium eorum, si ordine procedatur, quibus feudum illud non solum vi inuestituræ et quoque simultaneæ inuestituræ, sed etiam vi expectatiuæ, in feudum imperii legitime impetratæ, competit. Non opus est multis disquirere, extincta linea quadam domus cuiusdam, cui feudum vel ex diuisione, vel ex assignatione acquisitum fuit, Imperatorem non nomine imperii consolidare posse, et tunc potius lineas reli-



reliquas a diuidentibus feudumque assignantibus originem ducentes, ad successionem vocari, feudumque per lineas diuidi, ita, vt nulla proximitatis, sed aequalis linearum ratio habeatur ^{a)} Iuris aperti etiam esse puto, si de successione inter partes succedentes lis oriatur, hocce diffidium non priuatiue ad Imperatorem pertinere, sed ipsos Principes per Austragias, cum hic saltem de illorum interesse agatur, illam controuersiam dirimere posse ^{b)}.

a) Doctrinam, quam hic proposui, sequens exemplum illustrabit. Cum mortuo Ioanne duce anno 1425, portio Straubingensis, s. Bauaria inferior et extincta vna cum ipsa linea Straubingensi, fuisset aperta: orientantur summa dissidia intuitu successionis, inter Duces Ingolstadtensem, Landshutensem et Monachensem, ita, vt Ludouicus Ingolstadtensis sibi soli hunc ducatum appropriaret, vi inuestiturae, reliqui duces et praecipue duo fratres Monachii exigerent diuisionem in capita. At Imperator Sigismundus, hoc praetextu, quod fratres reliqui, inconsulto Caesare, terras diuisissent et hinc feloniam commississent, Alberto II. genero suo Austriae Archiduci 1426. Bauariam inferiorem admissandam reliquit, tanquam Imperii feudum apertum, ea tamen lege, vt post ipsius mortem, ad Sigismundi heredes masculos rediret, his vero deficientibus, ad Elisabetham Alberti coniugem, et hac sine heredibus defuncta, ad Albertum ipsiusque heredes. At, post Imperator, considerans, se ipsam in propria causa non posse fungi iudicis simul et partis officio, ao. 1429. iudicium parium curiae conuocabat, et hoc habito, pronunciauit: quamuis ipsi ius competeret, haec feuda tanquam aperta incorporandi, ob feloniam in ipsum et imperium commissam, se tamen nolle hoc iure vri, sed potius ducibus Bauariae reddere hunc ducatum, ita tamen, vt succederent hi quatuor principes, Ludouicus, Henricus, Ernestus et Wilhelmus in capita, non vero in stirpes. Hanc sententiam v. in *Senkenbergs Sammlung rarer und ungedr. Schriften I Th. N. 4. S. 12 - 28.* Tota fere haec res, cum nondum documenta publica in hac re sint producta, et documentum publicum, vi cuius Albertus ao. 1429. hanc inuestiturae euentuali renunciauit, publice editum fuerit, ita in obscuritate latuit, vt in omnibus fere historicis nihil de hac diuisione inueniatur, nisi in Struuii *Hist. Imp. Period. nona Sect. 9. §. 32.* (*Edit. 1730. f. pag. 713.*) Primus illam dilucidiosem reddidit, atque ex veritate descripsit immortalis Pütterus, vir omni mea laude superior, in *den historischen und litterarischen Erläuterungen des ehemaligen Successionsfalls, der mit Herzog Johannes von Bayern erfolglichen Straubingischen Linie* in *H. Schloezers historischen und polit. Briefwechsel 3 Th. Heft XIV. 1778.*

b) De



b) De his vero personis hoc tantum intelligendum, quibus ex I.L. Impius Austraegarum competit. Sedes materiae est in *Ordin. Camer. de ao. 1555. P. II Tit. IV. V. VI.* in Schmauffii *Corp. Iur. publ. pag. 629. seqq.* (ed. de ao. 1735.) et Pütteri *Diss. de ordine iudiciario ab austraegis obseruand. in opusc. p. 433.*

§. IV.

b) si alii simul cum feudo sunt coinvestiti.

c) si expectatiuarii adiuncti legitimi.

Nec a successione in feudum agnati primi acquirentis simul coinvestiti, et eorum descendentes, quibus ex hac vnica ratione competit successio, si illa simultanea inuestitura in feudo illustri est recepta, sunt arcendi^a). Cum vero consolidationes nunquam ex natura sua praecudicium iuri tertii possint inferre: in ipso Capitulationis loco, quo de consolidandis maioribus imperii feudis agitur, expectatiuariorum iuribus diserte est prospectum. Capitulationis caesareae verba de hac re ita iacent: *doch uns von wegen unsrer Erblander auch sonst maennigl. an seinen Rechten und Freyheiten, auch denen von unsern Vorfahren am Reiche denen Staenden propter bene merita ertheilten und denen damaligen Reichs-Constitutionibus gewissen Anwartungen auf künstlig sich erledigende Reichs-Lehen an ihrer Kraft und Bündlichkeit unschädlich^b*). Ideo vero hic locus Capitulationi caesareae insertus videtur, ne, cum Imperatori ius expectatiuas concedendi initio non nisi consensu et praescitu septem Electorum permitteretur, deinde constitueretur, vt expectatiuae in Electoratus non nisi consensu Electorum, in principatus, comitatus et dynastias, consensu Collegii Electoralis et Principum Imperii, in ciuitatem vero Imperii, etiam simul ciuitatibus Imperialibus consentientibus, tribuerentur^c), ius ex antiquis expectatiui ortum imminueretur. Hinc illud vt certum et legitimum axioma in Imperio Rom. Germanic. valet, expectatiuarum valorem ex tempore concessionis esse aestimandum, et, quicquid suscipitur ad illas imminuendas, ipso iure esse nullum



nullum^{a)}. Inter illas res, quae consolidationem impediunt, iure denique locum suum occupant pacta confraternitatis, quibus duae pluresue familiae in euentum, si altera extincta sit, successionem sibi in bona et feuda alterius, stipulantur. Harum tuendarum et conseruandarum obligationem in genere Imperator in se recepit in sua capitulatione^{c)}. Qua dispositione pacta confraternitatis ante capitulationem Caroli VI. inita, generali Imperatoris et Imperii consensu sunt agnita, nec hic discrimen esse potest, vtrum specialis Imperatoris consensus interuenerit, nec ne^{b)}. Quod vero attinet pacta confraternitatis post Caroli VI. tempora inita, mea ex opinione eadem iura obtinent, quae supra in expectatiuis concedendis adduxi.

d) Si familia, de cuius successione quaeritur, pactum confraternitatis inicit.

- a) Exemplum de hac re est in *Pac. Westph. Art. X. §. 4*: Deficiente linea mascula Domus Brandenburgicae, omnes, praeter Sueciam, titulis et insignibus Pomeranicis abstinebunt. Atque tunc quoque vltior Pomerania tota cum citeriori Pomerania totoque Episcopatu et integro Capitulo Caminensi, adeoque omnibus antecessorum iuribus et expectantiis consolidata ad solos reges regnumque Suecicum perpetuo pertinebunt, spe interim successionis et simultanea inuestitura gauisuros, ita, vt etiam ordinibus subditisque distorum locorum homagii praestatione, solito caueant more. De integra hac doctrina pluribus v. Ioan. Schilteri *Diss. de inuestitura principum Imp. simultanea*, quae inuenitur in eiusd. *Cod. Iur. Alemannici Feud. p. 334.* (ed. in *F. d. an. 1728.*) et celeb. Moserum in *Reichshofrathsproceß. Tom. III. c. 3. §. 69.*
- b) Ita primo verba concepta sunt in *Capit. Carol. VI. et nouiss. Art. XI. §. 12.* In hoc loco poliendo occupati fuerunt status Imp. iam in Ferdinandi II. Capit. a quo tempore sere in quavis Capitulatione quaedam intuitu huius loci fuerunt mutata, quae sata chronologica, v. contineam in Moseri *Caris des VII. Wahlcapitulation Tom. II. p. 393. seq.* (ed. de an. 1742.)
- c) Cum rextus sensum integri loci non exprimat, breuitatis studio hic integrum locum ex *Capit. Nou. Art. II. §. 10.* apponam: *Wenn auch ins künfftige Lehen dem Reich durch Todesaelle, oder Veruerkung eroffnet und ledig heim fallen werden, so eincas merkliches ertragen, als Churfürstenthümer, Fürstenthümer, Graffschaften, Herrschaften, Staecke und dergl. die sollen und wollen wir, die Churfürstenthümer, ohne des Churfürstlichen Collegii, die Fürstenthümer, Graf- und Herrschaf-*

B

ten,



ten, Staedte und dergleichen aber, ohne Churfürstlicher, Fürstlicher, auch (wenn es nämlich eine Reichsstadt betreffen thut) Staedtycher Collegiorum Vorwissen und Consens, fernern niemand leihen, auch niemand eine Expectanz oder Anwartschaft darauf geben.

- *) Idem cautum est in Capit. nouiss. Art. XI. § 9: Sodam diejenigen. (intellige ex § 8. Lehenbriefe und Expectanzen) welche denen von vorigen Kaysern ertheilt und bestaetigten Anwartungen, auch darauf beschehen und confirmirten Erbvergleichen zu Praeuidiz auf andere, so in den Lehenbriefen nicht begriffen, extendiret worden, ganz ungueltig seyn.
- e) In capitulationibus Leopoldina et Iosephina, et praecipue Caroli VI. iam ad nouissimam vsque disponitur in Art. I. §. 9: Sollen und wollen auch zuvoerderst die unter Churfuersten, Fuersten und Staende aufgerichteten Erbverbruederungen, so wie dieserhalb in Instrumento Pacis Vernehmung geschehen, in bestaendiger Form confirmiren, sie auch dabey als Roemischer Kayser handhaben und schuetzen und niemandem einig Privilegium darwider ertheilen. Cum ergo generali Imperii et Imperatoris consensu in hoc loco illa sint ratihabita; sequitur, status intuitu horum antiquorum pactorum, de confirmatione caesarea quaerenda sollicitos esse non debere. Vid. de hac re vlt. Limnaeum in *Aur. Bull. C. VII. obs. 8.* et Moser. im *Staatsrecht Tom. XVII. p. 165.* et Leyser *Spec. 44. Medit. 4.*
- f) Celebratissimum exemplum confraternitatis est inter gentes serenissimas Saxoniam et Hassiacam de ao. 1373. quam Carolus IV. et Sigismundus Imp. confirmauere, et ad quam postea domus serenissima Brandenburgica ao. 1614. accessit. Diplomata V. in *Luenigs Reichsarchiv Tom. V. P. II. pag. 154.* et *Tom. VIII. pag. 763.* Explicauit materiam vltimus I. G. Horn, in *der Abh. vom Urspr. und Anfang, der Erbverbruederung.* in *F. C. Schminkens Monument. Hassia. P. III. pag. 9. seq.*

§. V.

De separatione
feudi ab alodio
consolidationem
antecedente.

Quodsi Imperator, his impedimentis sublatis, feuda incorporat; antequam illi locus sit, extantibus adhuc heredibus allodialibus, separatio feudi ab alodio in feudo illiusi illam debet praecedere. Plerumque fieri solet, et vt eueniat, cautela loco potest commendari, separationem illam, viuo adhuc principe, de cuius successione agitur, peragi. De vsu illius, viuo adhuc vltimo possessore, auctor



tor est Ioannes Iacobus Moserus, vir summus, et scriptor sagax prudensque, qui multa antehac in iure publico impraeuisa et variis legibus dispersa, summa solertia indefessaque diligentia collegit, atque ingenio summo expoliuit^a). Ita vero proceditur, vt vltimus possessor primo adeat Imperatorem precibus de constituenda hac de re commissione, ad quas Consilium Imperii Aulicum statibus imperii vicinis commissionem de separando feudo ab allodio confert, quae postea relationem suam, causae cognitione instituta, cui accedunt et ii, quorum interest, per suos deputatos, et interdum Imperii fiscalis, eo cum mandato, vt specialiter inquirat in numerum et qualitatem feudorum, ab imperio in casu aperturae consolidandorum, Iudicio Imperii Aulico, sententiam finalem separationis feudi ab allodio ferenti, tradit. Sin hic modus, cum vel temporis ratio aliud praecepit, vel, quia succedentibus, aut vltimo possessori, quippe multis cum expensis coniunctus, non placuit, fuerit omisus: grauissimas lites, quae non nisi belli armorumque strepitu finiuntur, nasci, tristis experientia docuit^b). Non nisi omnia fere eaque certissima iuris axiomata viri doctissimi summique acuminis, prout causam huius vel illius gessere, in hac materia in dubium vocarunt, ita quidem, vt saepe affirmanda negarent, et neganda pro lubitu affirmarent^c). Qui ab omni partium studio alienus, hanc materiam ponderat, omnia, quae de hac re dici possunt, ad tres quaestiones, puta, primo: an praesumptio in causis dubiis illustrium sit pro feudo, an pro allodio, et cuius in his speciebus incumbat probatio, vtrum successori feudali, an allodiali? deinde, quid pertineat in feudo illustri ad allodium? tum, quisnam succedat in allodio? reuocari, atque ita fere omnia puncta separationis feudi ab allodio in feudo illustri controuersa absolui, statim intelliget. Quare,



cum illa materia sit et grauissima, et cum illa, de qua agitur, necessario coniuncta vinculo, a consilio meo plane non alienum puto, ea, quae de hac re sentio, libere profiteri, vt inde materia consolidationis feudalis clarior pleniorque reddatur.

- 6) *In Reichshofrathsprocess Tom. IV. c. IX. §. 4. seq. (ed. de ao. 1737. pag. 220. seq.)* vbi et conclusa Iudicii Imp. Aul. adducit in causa Wolfsteinensi et Limburgensi, et Christ. Gottl. Buderus in *Disp. de Commissario caesareo in causis feudilibus*, Ienae 1743.
- 7) Vnum saltem exemplum, vt veritatem asseri probem, adducam. Adparet illud potissimum ex controuersia nobili illa Aurelianensi, mortuo ultimo Electore Palatino Carolo ex gente Simmeriensi, cuius inuita soror ultimi Electoris Ducissae Aurelianensis hereditatem allodialem praetendebat, et praecipue plures Comitatus, vt Simmerensem Veldenfinam, partem Comitatus Sponheimensis, ditionem Lauterensem, et plura bona, quae ab aliquot retro saeculis, vel ex iure allodii acquisito, vxorio, vel etiam belli iure, oppignorationibus imperii et saeculi iure addictis prouinciis, Palatinarum accesserunt, vt ex illo libello patet, quem in *Primitiis Actorum Compromissi Francofurtensis* reperimus. Haec controuersia erat simulata causa belli ab Imperio cum Gallia gesti ao. 1689. seq. et demum pace Ryfwickensi ao. 1697. finiti, in qua intuitu praetensionis Ducissae Aurelianensis decernebatur, causam esse per arbitros componendam, interea vero Elector Palatinus ipsi daret per annum 10000 Flor. Hinc Consiliar. Imp. Aul. Bender et Praetor Regius Gall. Strasburgens. Obrecht compromittebant in Strasburgum, ad componendum hocce diuulsum. At, nec lite hic finita, tota res Pontifici Rom. vi *Articuli VIII. Pacis Ryfwickensis* tradebatur, vt illam definiret, qui per Rotam Romanam illum d. 17. Febr. 1702. ab omni obligatione, si solueret Ducissae Aurelianensi 300000 Ioachim. liberauit. Cfr. hac de re pluribus *les Actes et Memoires de negociations de la Paix de Ryfwick a la Haye 1702. in 12. Electa Iur. Publ. historiam Palatinam illustrant. de 1711.* et Christophori de Klingenberg *processus historico iuridicus, in causa successionis Palatinae Ser. D. Elisabethae Charlotteae, contra Io. Wilhelmum, Elect. et C. P. Rh. Ingolstadtii, 1711.*
- 8) Nouum de hac re Specimen edidit auctor notissimi illius libri, de successione Bauaricae gentis, hoc titulo, insignis: *Unpartheyische Gedanken ueber verschiedene Fragen bey Gelegenheit der succession in die von dem verstorbenen Churfuersten, Maximilian Joseph, rueckgelassene Laender und Gueter, 1778. im folgenden Hauptstueck; wem die Allodial-erbschaft*

erbſchaft zufalle, und ob hier ein Regredientrecht ſtatt habe? pag. 105. cuius argumenta breuiter cum lectoribus meis communicare, non inutile erit.

§. VI.

De bonis priuatorum haec praesumptio est satis certa, cum bona potius censeantur liberi iuris, quam restricti. Hinc, cum inuestiturae interpretatio sit strictissima, constitutio vero feudorum sit facti, cum illa vel pacto, vel contractu feudali, vel praescriptione, vel testamento acquirantur, ita, ut ea saltem, quae in litteris inuestiturae feudali qualitate fuerint insignita, pro feudo sint reputanda; sequitur, onus probandi semper incumbere successori feudali, cum successor allodialis praesumptionem allodialitatis praese habeat; id quod et legibus ^{a)} et Doctorum ^{b)} auctoritate possum confirmare. At, an haec praesumptio in territoriis principum sit fundata, non aequae iuris est expediti. Negat illam praesumptionem Henricus Cocceius, occasione controuersae successionis Limburgensis, et auctor ille, quem *Spho anteced. not. c.* adduxi, verbis: *Da in dem deutschen Reiche fast alle Fürstenthümer Graf- und Herrschaften ihrer ursprünglichen Natur nach, ein Eigenthum des Kayfers und Reichs sind, und sodann als Lehen den Reichstaenden von Zeit zu Zeit eingegeben, und diesen auch das Erbrecht hierinnen zugestanden worden, so kann hier die sonst aus dem Grunde der natürlichen Unabhaengigkeit abgeleitet werden wollende Vermuthung pro allodio nur in Ansehung des Kayfers, als allgemeinen Eigenthumsherrn, nicht aber in Ansehung des von diesem den Reichstaenden eingestandenen lehnbaren Besitzes, Platz finden.* At hoc argumentum non adeo adaequatum esse, quisque videt, cum prior ipsius propositio, omnes principatus ex indole sua esse dominia Imperatoris et Imperii, statibus feudi lege concessa,

Praesumptio in feudis illustrium est pro allodio, non pro feudo.



mihî neganda videatur. Historia enim, hac in re certissimam tutissimamque monstrans viam, contrarium docet. Scilicet, aeuo Carolingico, nulla fere feuda in Imperio Germanico inueniri, sed Duces et Comites, possedisse *allodia*,^{a)} et tantum ex gratia regum Francorum, Ducatus administrandos recepisse, illorum temporum documenta euincunt.^{c)} Nec in regum Francorum scriptoribus legimus, tunc Duces fuisse de prouinciis suis inuestitos, sed potius illos fuisse institutos ordinatosque ad regendum populum, referunt,^{f)} nulla adiecta nexu feudalis mentione. Prima nexu feudalis quoad ducatus et principatus, in scriptoribus mentio fit tempore Conradi I. auctore Luitprando,^{g)} quippe qui Duces ipsius potestati sese subducere conantes hac ratione in officio continebat, vt ipsis propriam concederet potestatem, sub lege tamen fidei vasalliticae. Exhinc oriebatur distinctio inter principis defuncti hereditatem et beneficia, quo nomine feuda comprehendebantur.^{h)} Nec aduersatur assertis meis locus Thegani,ⁱ⁾ narrantis: *Ludouicum piûm villas regias, quae erant et aui et tritauî, fidelibus suis tradidisse in possessiones sempiternas*, cum ex eius mente Imperator villas suas regias a maioribus acceptas, quas nostrates vocant *Cammergûther*, bene de ipso meritis, in dominium perpetuum, nec reuocabile, tanquam allodia tradiderit. Qui enim per sempiternas possessiones feuda intelligit, ne primis quidem labris disciplinam feudalem degustauerit, necesse est. Nec post Conradi I. tempora, omnes ducatus feudali nexu erant adstricti; cum exempla inueniantur multa in reipubl. germanicae historia maximorum allodiorum Imperii. Ex magno illorum numero^{k)} saltem duo, eademque illustra, breuitatis studio adducam. Ita celebratae illae terrae Mathildinae, allodiorum nomine comprehenduntur,^{l)} quas donatione mortis causa, in Pontificem Grego-

rium

rium VII. transtulerat. ^{m)} Porro legimus, Henricum Leonem, ab Imperatore Friderico Ahenobarba ob feloniam in ipsum commissam, consensu procerum imperii in bannum imperii declaratum, cuius tres ducatus, Bauaria, Westphalia et Saxonia Imperio aperiebantur, aliisque ducibus ex medii aevi iure, subinfeudabantur, allodiales terras non solum possedisse, sed et omnibus bonis priuatum, eundem terras, quas proprio iure possedisset, iure suo retinuisse. ⁿ⁾ Diminuit vero quam maxime allodiorum Imperii numerum, vltimatissima illa medio aevo allodiorum in feuda facta oblatio, ortum suum partim inde trahens, quod metuendum erat, ne minus potentes a potentioribus opprimerentur, atque in statu reipubl. germanicae turbatissimo, iudiciorum vis, magistratuuum potestas et legum auctoritas prostrata iaceret, iusque in manibus esset positum, partim orta a deuotione erga ecclesiam et personas ecclesiasticas, primis quidem temporibus adeo seruida, vt territoria sua episcopatibus, tunc temporis potentissimis, in feuda offerrent, partim a pecuniarum defectu, quem alii, re sua alteri quoad proprietatem concessa, fructibus sibi seruatis, sarcire conabantur, partim aliis ex causis, ^{o)} quas adducere longius esset, licet nunquam cum Ludwigo ^{p)} et Puffendorfo ^{q)} asserere coner, omnia feuda Imperii originem suam debere feudis oblatiis, cum integra Sacri Rom. Imp. historia aliud doceat. ^{r)}

a) Arg. II. F. 41. §. 1. si controuersia oborta fuerit inter dominum et feminam, domino dicente feudum, femina negante, probationibus deficientibus, detur feminae sacramentum.

b) Cfr. Rosenthal de feudis c. VII. Const. 42. no. 26. Georg. Adam. Struuii Synt. iur. c. XVI. aph. 2. et praecipue extat. Diss. lectu dignissima de hac re, in David Georg Strubens Nebenstunden Tom. III. Abhandl. XVII. von dem Beweis der Lehnbarkeit.

c) In



- c) In *Dissert. de praesumptione qualitatis feudalis comitatum*, et Ioan. Burchard. Verpoorten in *comment. de inuestitur. alioior. eiusque originibus, usu et auctoritate praesenti.*
- d) Ita Wirttekindus Dux, qui a Carolo M. obtinuit terras patrimoniales, solus erat dux honorarius, absque ducatu, feudo, Ducis officio, et nexu feudali, v. Struuii *Corp. Hist. Germ. Per. IV. Sect. I. §. XX.* Eadem ratione Henricus pinguis Dux erat honorarius sine Ducatu, Dux ad Vilurigin dictus, dum Comes saltem esset Northeimensis et terras possideret allodiales, vt refert *Chronicon Brunsvic. ap. Maderum p. 11.*
- e) v. *append. act. vet. Baluzii Capitul. Tom. II. adiect. in primis eius notis ad capitul. Tom. II. pag. 1294.*
- f) v. Eginhardum in *vita Caroli M. c. XI.* Multa loca idem probantia occurrunt in *Annalibus Fuldensibus*, Regione et Sigeberto Gemblacensi.
- g) *Lib. II. cap. VII: secundo itaque susceptionis anno memorati principes, huic praesertim Henricus rebelles extiterunt, quos Conradus rex tam sapientiae vigore, quo fortitudinis robore superauit, suamque ad fidelitatem perduxit. Deinde etiam expresse dicit, illos fuisse factos regum milites.*
- h) Vt auctor est Ditmarus *lib. I. p. 325: Henricus in vacuam succedens hereditatem iure* (sc. successionem allodialem ex iure proprio) *et maximam beneficii* (i. e. feudi) *partem, gratuito regis suscepit ex munere.*
- i) *De gestis Ludouici Pii, cap. 14.*
- k) Quorum catalogum v. in Burchardi Gotthelf. Struuii *Comment. elegant. de allodijs imperii* lenae 1734. c. II.
- l) Ita Arnoldus Lubecensis *l. III. c. 10.* illas terras vocat ipsius patrimonium hereditarium.
- m) Chartam illius donationis v. ap. Leibnitium in *Script. rer. Brunsvic. p. 687.*
- n) Satis aperte de hac re loquitur Albericus in *Chronico* suo ad a. 1193: *Dux Henricus cum contra Imperatorem suum arma tulisset, et eius coronationi contrarius extitisset, Imper. tandem concione contra facta, tres Ducatus vna die illi abstulit, quia Dux erat Bavariae ex parte patris, Dux Saxoniae ex parte matris, quae fuit filia Lothari Imperatoris, et ducatum Westphaliae debuit tenere de Archiepiscopo Coloniaensi. Factus est itaque Dux Bavariae quidam Comes Palatinus, cognatus illius, Dux Saxoniae factus est Bernardus, Ducatum Westphaliae recepit Archiepiscopus Coloniaensis. Allodium suum de Brunsvic et de Rodenburg, et ea, quae in Slavia acquiserat, retinuit Dux Henricus. Idem testatur Otto Friising. de gest. Frider. I. L. I. c. 19.*

o) Possent

o) Possẽm singulas hic adductas causas exemplis et documentis probare; at breuitatis studio hoc omittam, cum iam omne de hac re tulerit punctum Ioannes Nicol. Hertius in tract. de feudis oblatiis Halae, 1739. C. I. historiam feudorum oblatorum proponens §. IV. seqq.

p) In dem Entwurf von der Reichsgeschichte. p. 17.

q) In *Disp. de republ. irregulari* §. 12. et Monzambano de rat. Status c. III. §. 4.

r) Contrarium docet Otto Frising. in *Chr. l. IV. c. 6.* cuius vestigiis inhaerent Titius ad Monzamban. p. 158. et Gundling in *Disp. de statu reipubl. German. sub Conrado I. §. 7. p. 35.*

§. VII.

Ex haecenus disputatis saltem illud sequi mihi persuadeo, territoriis Germaniae, licet et feudi lege teneantur, in genere plurimas inesse ditiones allodiales, ita vt vix Germaniae quoddam detur territorium, cui non terrae allodiales fuerint immixtae. Si enim bona iure vxorio acquisita, saeculo addicta, ^{a)} pignoratitia, ^{b)} et nouiter acquisita, ^{c)} quae in quolibet Germaniae territorio insunt, et ex communi fere DD. sententia inter allodia referuntur, consideres, idque certum sit iuris axioma, coniunctionem illorum cum feudis, nec in feudo publico, nec priuato, illa reddere feudalia: sequitur, illas tantum territorii partes a Vasallo tanquam feudales recognitas et in litteris inuestiturarum comprehensas, feudali nexu adstringi, et Imperatori consolidanti, et adferenti, rem quandam esse feudalem, hoc in casu incumbere probationem. Ex eodem deinde principio necessarium fuit consecrarium, successiorem allodiale praesumptionem qualitatis allodialis prae se ferre, donec Imperator feudalem probauerit. Quam sententiam etiam Cameram Imperii sequi, iam dudum docuit vir olim doctissimus de Ludolph. ^{d)} Cum enim LL. Imperii de hacce specie nihil disponant, ad iura feudalia Ger-

C

manica



manica particularia et ius Longobardicum esse refugiendum, eiusque ex analogia pronunciandum; modo non obstat natura feudorum propria, nec iura eorundem specialia repugnent, ipsae leges Imperii *) praecipiant. Quid vero Auctor ille anonymus sibi velit cum declaratione domus Bavaricae in causa Wolfsteiniensi, ego saltem non video, cum ista nequeat ius constituere certum, et in ipsa hac causa a iudicio Imperii aulico pro heredibus allodialibus, ut Struuius †) auctor est, fuerit pronunciatum. Sin vero tales principum declarationes legibus Imperii essent equiparandae, ex illustriori causa scilicet ex Bauarica, quae iam omnium occupat animos, grauius illius exemplum, idque legibus Imperii conuenientissimum asserre non dubitarem, scilicet declarationem Saxoniam d. d. XXXI. Mart. MDCCLXXVIII. in qua haec traduntur: *Immittelst ist selbst gemeinen Lehnrechten zu Folge, die Vermuthung vor das Erbe, und Churpfalz wird über dasjenige, was es vor altvaeterliches von gemeinsamen Pfalz- und Bayerischen Ahnherren acquirirtes Mannlehn ausgiebt, die Lehnbriefe von jener Zeit herzubringen haben.*

a) Non hic loquor de maioribus illis episcopatibus atque Abbatibus in parte Westphal. saecularisatis, quae retinere qualitatem, quam olim habuere, atque beneficiaria lege conceduntur; sed de bonis ab statibus imp. protestantibus ad saeculum redactis et relatis inter ipsorum domania. Haec allodiorum numero comprehendi, sequentia me mouent argumenta: primo, quod illa sub allodii qualitate, monasterio in perpetuum fuerint tradita, ut ex chartis antiquissimis donationum apparet; Secundo, quod donatio feudi ecclesiae facta, sit modus tollendae obligationis feudalis. Etenim II. P. 54. haec traduntur: *si contigerit allodium quoddam infeudatum conferri (a domino) ecclesiae, infeudatus, nisi per gratiam ecclesiae tanquam de nouo receperit feudum, quod habebat (sc. feudi dominium directum) retinere non poterit.* Tertio, quod medio aeuo Episcopi libere de his bonis ut allodiis disposuerint, ea venderint, permutauerint, in emphyreusin concesserint; denique, quod Pax relig. Art. VI. et Instr. pac. Osnabr. Art. V. §. 14. ea bonis allodialibus accenseant, et sanciant, bona ista in pristino statu esse reliquenda



quenda. Hinc deficiente stirpe mascula, in separatione feudi ab alodio, semper illa bona cedunt heredibus allodialibus. Consulatur Christ. Thomal. in *Disp. de bonorum saecularifactorum natura*.

- b) Illa Imperii territoria, quae ab antiquis imperatoribus fuere oppignorata, saltem ex iure pignoris a statibus Imperii possidentur, nec feudali nexui mihi obnoxia videntur, nisi expresse creditor de ipsis fuerit inuestitus. Quae opinio etiam consentanea videtur Sanctioni *Instr. P. O. Art. V. §. 26.* vbi quidem possessio talium terrarum oppignoratarum confirmatur. Promittere vero Imperatores, status Imperii intuitu terrarum oppignoratarum, quas quidem possederint, in quieta possessione esse permanenturos. Vid. *Cap. Nou. Art. X. §. 4.*
- c) Sub hisce illa intelligo praedia, quae princeps priuato patrimonio coemerit, ex priuatorum quidem praediis, ex iisque praelecturam formauerit.
- d) In *Obs. Forens. Contin. Obs. CXLIX.* In imperiali camera si incidit quaestio de separatione feudi ab alodio, regula obtinuit talis, vt quae specificae in litteris inuestiturarum essent comprehensa, haberentur pro feudis, donec probaretur contrarium; quae vero non ita essent comprehensa, ea allodialibus heredibus addici deberent, salua probatione qualitatis feudalis.
- e) Iam inde a Saec. XIV. prouocatur ab Imperatoribus auf gemeine geschriebene vel Kayserliche Lehenrechte. Vide de hoc more pluribus Böhm. in *Obs. Iur. Feud. Obs. I. §. 18.* Subsidiarium vero vltim expresse approbat *Ord. Iud. Aul. Tit. V. §. 1.*: *Also ist es auch in Lehnsfreiheiten zu halten; jedoch, das in deren Relation vornemlich die Originale inuestiturae, und was für Pacta darinnen ausdrücklich begriffen, wohl erwogen, und dann gegen unsern klaren Lehnrechten den allegirten und nicht zu Recht probirten Lehngebräuchen — — nicht zu viel in Relatione auch Decisione deferiret werde.*
- f) Verba sententiae haec sunt: *Kayserl. Majestaet haben gehorsamsk Reichs-Hofraths Gutachten allergnaedigst approbiret, dem zu Folge fiat sententia des Inhalts: es sey nach genauer und reifer der Sache Ueberlegung, denen Rechten gemaes befunden worden, das dem Herrn Churfürsten von Bayern diejenigen Reichslehne, welche in Kayser Carl des IV. Lehnbriefe de an. 1353. und denen darauß namentlich und specificae enthalten sind, bey erfolgten Ableben des Graeflich Wollsteinischen Stammes; unstreitig gebühren, und auf keine Weise vorenthalten werden koennen; die Allodial-Erben sind aber, casu eueniente, zu denen in dem impresso specificirten 78. Eigenthums-Stücken alsofort zu lassen und dabey auctoritate caelarea kraeftigst zu manutenuen. V. Struu. in libro de allodialis Imperii C. IV. §. 20. p. 510. et in c. V. §. 7. p. 706. Euentus totius controuersiae Wollsteinensis fuit, quod an. 1740. mortuo*



mortuo ultimo Comite Wolffteiniensi, et heredibus allodialibus Comit. de Giech et de Hohenlohe-Kirchberg existentibus, Elector Bauariae integra territoria via facti occuparet, cum Consilium Aulicum Imp. sententiam, ad executionem perducere noller. Ideo illi heredes allodiales nullam spem ius suum vtrius persequendi habentes, an 1768. paciscuntur cum Electore Bauariae ita, vt ipsi summam 226000 flor. solueret, ipsi vero iuribus suis renunciarent.

§. VIII.

*Dissectur &
is, quae ad allo-
dium pertinent.*

*De rebus mobi-
libus.*

Accedo iam ad alteram quaestionem in *Spho* V. propositam, scilicet, quid ad allodium in feudo illustri referendum sit. Equidem, cum res feudalis non fiat, nisi per infeudationem, interueniente vel inuestitura, vel praescriptione, mihi hanc regulam generalem esse constituendam, persuadeo, vt bona, quae nec inuestitura comprehensa, nec praescriptione feudalia esse, apparet, allodialium censu sint habenda. Nolo, cum huius disputationis limites illud prohibeant, singulas res ad allodium pertinentes afferre, sed nonnullas tantum, de quibus dubitatio orta, addere^o), et de hereditate mobiliari, scitu necessaria adiungere. Rerum vero mobilium apud illustres non exiguum esse numerum, pacta familiarum aperte docent. Possident enim res pretiosas, gemmas, vasa aurea et argentea, nomina, instrumenta venatoria, coquinaria, cellaria, aliaque ad suppellectilem pertinentia, picturas textiles, statuas, Apellis opera, horologia, pharmacopolia, aurum et argentum tam signatum, quam non signatum, nummos in memoriam rei singularis cufos, vinum, frumentum, equos, currus, armenta, et pecora, arma, machinas, tormenta bellica, annonam militarem, technophylacia, armamentaria, cameras ad conseruanda tabularum miracula exstructas, ingentes selectissimorum librorum copias, grammatophylacia, Cimiarchia, et plura alia. His etiam equiparanda, quae prin-

princeps ex iis, quae publicis impensis destinata sunt, laudabili parsimonia lucratur; deinde, quae illi in comitiis prouincialibus Vasalli sponte obtulerunt, donatium, *Donativ* - item *Prasentgelder* dicta; porro, quae ex donationibus, armis, bello, testamentis, emtionibus ad Illustres delata; denique, quae priuatis principum expensis inferuunt, *Chatoullhandgelder* vocata^{b)}). Haec omnia, facta separatione feudi ab allodio, ad hoc pertinere, atque feminae illustri esse tradenda, aperti iuris puto, quamuis hic multi dissentiant^{c)}). Doctores enim in rebus mobilibus discrimen statuunt inter res splendoris, dignitatis, aut securitatis gratia comparatas, et eas, quae priuatis vltibus inferuunt. Has relinquunt heredibus allodialibus; illas vero annumerant accessoriis territorii et dignitatis, quas semper deuolui volunt ad successores territorii, etiam consolidationis casu existente, quorsum referre solent bibliothecas, cimeliarchia, grammatophylacia, ornamenta, aeraria, armamentaria, tormenta, et instrumenta bellica, cameras picturis refertas, et omnem aulae supellectilem, splendoris causa comparatam. Distinctio vero haec quamuis communi fere consensu sit approbata, mihi tamen in consolidationis casu, si familia non amplius floreat, et territorium in dominum directum transferatur, minus vera videtur. Cum enim hae res litteris inuestiturarum non contineantur, ideoque infeudationi nequitquam sint obnoxiae, eas ad allodium pertinere, mihi persuadeo.

a) Auctor supra adductus, qui de successione Bauarica exposuit, negat integrae fere successiois allodialis fundamenta. Intuitu mobilium auctoritate Boceri et Schardii ductus statuit, omnia mobilia vasalli praesumi acquisita ex feudo, vel saltem eius contemplatione, eamque ob causam ad patrimonium publicum ea pertinere, et feudum acquirenti esse tribuenda, contendit. Meliorationes etiam successorii feudali tribuit, propterea quod certum sit, meliorationes a territorii illustri dominis, ex sumptibus aerarii publici esse factas. Omnia hinc mobilia splendori do-



domus cuiusdam inferuentia, inter dominia publica refert, quae quidem successori feudi illustris §. 6. sine vlla distinctione, tribuit.

- b) De his vid. plura in Gundlingii *disp. de principe ex testamento ciuili herede.*
 c) Cocceius *iurispud. publ. c. XXVII. n. 20. et 21.* Kulpisius ad Monzamban. *p. 370.* Struuius *Obferu. Feud. ad C. XV. n. 8.*

§. IX.

De meliorationibus.

Ad allodium non minus refero meliorationes, a vassallis illustribus in feudum Imperii factas. Cum enim omnia augmenta et commoda, vel sola natura, vel hominis facto feudis accedentia, per quae illa pulchriora, vtiliora ornatioraque redduntur, nomine meliorationum insigniantur: nomina exsoluta, noua aedificia, horti, secessus Principis et plura alia, inter illa locum obtinent. De iure priuato nullum dubium remanet, cum iam ex iure Longobardico feudali, omnes meliorationes ^{a)} ad allodia pertineant. Licet autem hic *textus* ad feuda priuata respiciat: non aliter tamen erit de feudis publicis sentiendum. Cum enim successores illustres etiam ius suum deriuent a primo acquirente, et illi non sint obstricti, vt plus, quam a primo acquirente acceperunt, reddant: sequitur, meliorationes, quas ex propriis redditibus fecerunt, magis ad allodium esse referendas, quam ad feudum ^{b)}. Si vero meliorationes ex redditibus territorii sunt factae, illae omnino ad feudum pertinent. Denique auctor ille Anonymus quaedam addit de fructibus vltimi anni, atque illas diiudicat ex dispositione iuris Longobardici ^{c)}, cuius norma in eo consistit, quod vassallo ante Calendas Martias defuncto, fructus vltimi anni ad dominum pertineant, eodem vero post Calendas Martii, et intra Calendas Septembris defuncto, heredi allodiali cedant. Equidem, cum de hac re specialis dispositio non exstet,

extet, hanc rem decidere non audeo. Haecce vero feminarum in mobilia succedendi ratio, interdum mutari potest per pacta et leges familiarum ^{d)} illustrium, quae tunc aequae ac litterae inuestiturarum, quoad territoria feudalia, in numero legum fundamentalium cuiuscunque territorii, sunt habenda. Sin vero pacta familiae normam succedendi generalem constituere debeant, sint condita necesse est a quouis familiae capite, consentientibus agnatis, et, si tangunt successionem allodiam, feminis quoque illius familiae illustribus consentientibus, cum nemini inuito ius suum eripi possit, et iterum illa mutari nequeant, nisi adit consensus omnium, quorum interest. Ex eo etiam vero, quod posterius succedant non ex voluntate ultimi defuncti, sed ex beneficio primi acquirentis, fluit, ultimum gentis suae neutiquam posse ius succedendi in allodium feminis illustribus, a primo stipite descendentes, adimere, atque ad agnatos, aut extraneos transferre, et sin hoc fecerit per testamentum, illud ipso iure esse nullum et invalidum ^{e)}. His vero pactis successoris deficientibus, et illustres legibus se submittant communibus, cum et in causis privatis harum iure uti soleant, et ipsi saepissime in suis pactis ad illud prouocent ^{f)}.

a) II. F. 28. §. 2: *si vassalus in feudo aliquod aedificium fecerit, vel ipsum sua pecunia meliorauerit, et contigerit postea, ut vassalus sine filio masculino decedat, dominus aut patiatur aedificium auferri, sed soluat pretium meliorationis.* Nescio ergo, qua ratione ille Auctor anonymus l. c. §. 6. de hoc loco dicere possit, in eo tantum diuersas opiniones recenteri, cum quisque videat, in hoc *textu*, quid iuris certi sit, enunciari.

b) Idem sentit illustris Ludolph. *de iure femin.* P. II. C. I. §. 16. n. 5.

c) II. Feud. 28. §. 2.

d) Pacta talia familiarum illustrium sine confirmatione caesarea licita esse, apparet ex *capitul. Imp. nou. ubi Art. XI. §. 2.* promittit Imperator: *Dabey auch dieselben mit der Edition der alten Pactorum familiae nicht beschweren, vielweniger die Reichsbelehrung, wegen erstgedachter Edition*



Edition der pactorum familiae (welchen jedoch, wann sie nach denen Reichsgrundgesetzen auch habenden, und gleichfalls Reichsconstitutionsmäßigen Kayserlichen privilegiis aufgerichtet, durch dergleichen Belehungen an ihrer Validität und Verbindlichkeit nichts abgehen soll) die seyn neue, oder alte, — — aufhalten.

- e) Quibusdam tantum exemplis rem illustrare non incongruum erit. Sic in unione hereditaria Brandenburgica Zollerana de an. 1695. quam v. in Luenig, *Spicil. Selt. I. Th. p. 343.* disponitur: *wuerde nach Abgang des Mannstammes der Hohenzollerischen Linie der lezt abgehenden Wittwe, Schwestern, Tochter oder auch, andere Prinzessinnen und Fraeulein aus dem Hohenzollerischen Hause geböhren, ein oder mehr vorhanden seyn: so soll — — denen Hohenzollerischen Prinzessinnen und Fraeulein zu gaenzlicher Abfindung eines jeden 10000 Gulden Rheinisch gegeben werden, ueber das nach den alten Hohenzollerischen Erbvereinigungen, ihnen geordnete Heyrathsguth. Idem vero cautum in pacto inter Ameliam Elisabetham Landgrafiam Hassiae et Comitum Muentzenbergenes ratione Successionis euentualis Castellanae, in dictum comitatum, into an. 1643. quod v. lib. cit. I. Th. p. 245. seq. Im Fall es sich zutragen wuerde, daß der eheliche Mannstamm, von hochwohlgedachten dreyen Gebruederen Grafen zu Hanau posterirend ueber kurz oder lang mit Tode abgieng, daß alsdenn die ganze Grafschaft Hanau Muenzenberg mit allen beweg- und unbeweglichen Guethern dem Fuerstl. Hause Hessen Cassel dergestalt angefallen seyn sollen und hingegen denen naechsten Hanauischen Toechtern ueber die gewoehnliche, in pacto familiae versehene dotem anstatt aller Anfordrungen noch 30000 Gulden, alsbald nach Abtretung der Succession bezahlet und entrichtet werden. Cf. Moser im Staatsrecht, Tom. XVI. p. 564.*
- f) Hoc factum esse in Serenissima Domo Saxonica, testatur transactio Numburgensis inter Ioannem Fridericum et Augustum Electores de an. 1554 quam v. in Luenigs Reichsarchiv Part. spec. unter Sachsen, p. 69. seq.: *da auch irgend Artikul vorkielen, die sich in die Saechsische Rechte in der Hauptsache ziehen thaeten, darinnen soll demselben Saechsischen Rechte nachgesprachen werden. Idem ostendit conuentio inter Wilhelmum Saxo-Vinaricum, et Ernestum Saxo-Gothanum de an. 1657. qua sancitum fuit: daß man in allen kuenftigen Misverstaenden, so sich zwischen beyden Fuerstlichen Theilen oder deren Posterietaet ereignen koemten, auf das sonsten in indicato uebliche Sachsenrecht sehen, und in Stellung der Urtheile darnach sprechen solle.*

§. X.

De iure regredientiae agitur.

Iam ad tertiam accedamus quaestionem, scilicet, quanam femina, si plures concurrant, in allodio succedat. Succedat.

Succedunt vero feminae ex iure, quod DD. vulgo vocant
 regredientiae, vi cuius feminae, quae in feudo illustri suc-
 cessione renunciarunt, extincta gente mascula, etiam refer-
 uatione non facta, ad illam regrediuntur, vnde heredum
 regredientium (*Regredienterben*) nomen accepisse, certum
 est. Quamquam vero DD. in eo consentiunt, filias illu-
 stras, extincta gente mascula, ad successionem in feudo
 illustri vocari: quo tamen ordine succedant, non omnium
 est eadem opinio^{a)}. Equidem putauerim, stricte sequen-
 dam esse iuris analogiam, et hinc successionem filiae vltimi
 gentis suae possessoris, aut quae eidem est proxima, esse de-
 ferendam, cum ordo succedendi semper ducatur ab vltimo
 defuncto. Alii vero, vt anonymus ille de successione Ba-
 uarica, tribuant successionem feminae cum primo acqui-
 rente proxime coniunctae^{b)}. Quamuis vero concedam,
 ius succedendi a primo acquirente immediate deuolui ad
 ipsius descendentes: tamen sana iam docet ratio, in omni
 successione ordinem quendam succedendi esse obseruan-
 dum, cum omnes simul succedere nequeant. Hinc leges
 feudales ordinem illum ab vltimo possessore deriuant^{c)}, et
 hinc semper illa succedit femina, quae a primo acquirente
 ducit originem, et cum vltimo possessore proximo gradu
 fuit iuncta. Nec obstare mihi videtur principium illud
 tritum iuris Germanici: semper succedi primo acquirenti,
 non vltimo possessori; quo, meo quidem iudicio, id traditur
 successorem ius suum succedendi non debere vltimo defun-
 cto, sed primo acquirenti, atque illud ipsi, nec ab vltimo
 possessore, nec ab vlla persona intermedia eripi, minui,
 aut ad extraneos posse transferri. Sin contrariam quis in
 successione feudali arriperet opinionem, in errores inextrica-
 biles incideret. In quouis certe casu orientur lites grauif-
 simae, cum filius vltimi possessoris forte remotius distaret
 D a primo



a primo acquirente, ac frater ultimi possessoris, et ideo hic illi praeferretur, quo facto successio de vna linea in alteram facile transfiliret. Ex his liquet, ultimi defuncti personam in ordine successionis feminarum, quoad allodium, extincta prole mascula, certissima pro norma esse habendam, nulla ratione habita, quinam fuerint coniunctiores cum primo acquirente. Nec rei facies mutatur renunciationibus feminarum illustrium. Renunciationes enim illas ex peruerso iuris Romani vsu ortum traxisse, satis constat. Quum enim ex iure Romano aequalis sit masculorum et feminarum successio, ius vero Germanicum olim feminas a successione vel in totum, vel saltem in bona immobilia, excluderet: DD. medii temporis nullam commodiorem viam discrepantiae componendae credebant, quam renunciationem^{d)}. Sed ipsa rei natura docet, renunciationes nihil aliud introduxisse, nisi quod iam antea iuris fuerit, easque tam diu effectum habere, quam diu masculi adhuc adsint. Stirpe igitur mascula extincta, renunciationis vis tollatur, necesse est.

a) Primarium inter scriptores de hoc argumento locum occupat Senkenbergii *Disp.* in qua filiam gentis suae ultimam, in regnis et principatibus priuatiue succedere, ostendit, Goeting. 1736. recula, sub titulo: *de successione filiarum in regnis et principatibus, cum additionibus et appendice de successione Aultriacae, et c. praefat. Georg. Will. Ludov. Benekini, de renunciationibus et pactis reservatiuis* Giesl. 1742. Conferatur quoque Puetter in *Ungrund des Regredienzrechts, in seinen auserlesenen Rechtsfacillen 2ter Band erster Th. p. 6.* Plura scripta ad hanc materiam pertinentia collecta inueniuntur in Selchouii *elementis Iur. Germ. priuati hodierni, P. Sp. I. IV. C. 11. S. 1. Tit. I. §. 632.* (ed. de an. 1775. pag. 768.)

b) §. 11. 12. 13. 14. et 15. quod sequentibus argumentis euincere studet: 1) quia renunciationum vis extincta sit, gente mascula extincta; 2) exinde quaelibet filia, illo casu existente, debeat succedere, cum alioquin renunciationes, vna cum pactis reservatiuis, essent inutiles; 3) filiae, quae renunciant, in portione a se renunciata, non ultimo ex masculis defuncto succedant.

c) Obti-

c) Obtinet enim in feudis Imp. ex obseruantia et moribus maiorum, ordo succedendi introductus in Iure Feud. Communi, nisi aliud speciali dispositione constitutum fuerit, testibus Itero *de Feud. Imp. c. 18. §. 9.* et de Cramer (Io. Vlríc.) *Observ. Iur. Vniuers. Tom. I. obs. 251. et 288.* In ordine vero succedendi inter eos, qui per inuestituram ad successionem vocantur, definiendo, ius feudale Longobardicum sequitur analogiam Iur. Rom. et illum definit per proximitatem ab ultimo defuncto Valallo, cui succeditur. Sedes materiae est. II. E. 37. *ad agnatum proximiorum feudum pertinebit, si paternum fuerit.*

d) His renunciacionibus auctoritate sua robur adicere studuere Pontifices Rom. in *Decretalibus in titul. de renunciacione.*

§. XI.

Cum vero Doctores olim crebro iactarent illud: ad iura renunciata non dari regressum, ad hanc exceptionem elidendam, adiciebatur renunciacionibus clausula, veluti salutaris, insignita nomine pactorum reseruatorum, huius tenoris, vt renunciantes, mascula stirpe extincta, sibi omnia iura sua, reseruarent salua *). Neutiquam enim renunciacionum ea est vis atque potestas, vt, stirpe mascula extincta, omnes succedant, et succedendi ordinem mutant, cum et ex antiquissima Imperii obseruantia, succedat ultimo defuncto proxima, et actus renunciacionis feminarum illustrum confirmet tantum, quod iam sit iuris, ideoque illae per has renunciaciones non nouum ius acquirant. Ponamus vero, etiam in tali casu semper regredi feminas, primo adquirenti proxime coniunctas: in successione tam insignis confusio oriretur, vt nemo amplius illam expedire posset. Fingamus speciem, quae facile potest occurrere, inter X. generationes fuisse in qualibet quatuor filias renunciantes, et quamlibet reliquisse duos posteros: sequitur, auctore Püttero, ex computo satis manifesto, 2046. adesse heredes regredientes, omnes ex principiis his successuros. Apparet igitur, opinionem eorum, qui successiorem feminis primo

De renunciacionibus nonnullis.



adquirenti proxime coniunctis tribuunt, ortum traxisse ex peruerſa applicatione et abuſu iuris Romani, quippe quod in hac re antiquis moribus maiorum noſtrorum, ipſique ſtatui reipubl. Germanicae prorsus repugnat. Noſtram ergo opinionem, qua feminae illuſtres a primo acquirente deſcendentes, et cum ultimo deſuncto proxime coniunctae, omnibus aliis ſint praeferendae, a bonis arbitris reiectum haud iri, confidenter ſperamus.

a) Dicta quibusdam exemplis confirmabo. Ita clauſulae hae inueniuntur in Conſtitut. Ruperti de an. 1395: *Es ſollen unſere Tochter, ehe ſie zu ehelichen Manne gehen, verzeihen auf alle unſer Erbtheil unſerer Fuerſtenthumer. Land, Leute und Zugehoerungen, es waere dann, daß von unſerm Stamme nicht Soehne waeren, ſo moegen dann die Tochter alsdenn zu ihren Rechten daran ſehen.* Ita filiae Palatinae hac ad noſtra vltima tempora formula, renunciant: *daß ſie nach dem loeblichen Herkommen des Hauſes Pfaltz und Bayern, fuer ſich, alle ihre Erben, Erbnehmen, und Nachkommen, verziehen, auf alles ihr vaterliches, muetterliches, ſchwesterliches und ſonſt andere, quierſtorbene, auch kuenftig zuſallende Erb- und Erbgerechtigkeiten, hoc tamen cum pacto referatorio: daß wenn ihre Linie maemlichen Stammes erloſchen ſollte, ſie (die Prinzefſinnen) alsdenn ſich ihren Erben und nachkommenden Leibeserben an Kleinodien, Silbergeſchirr, Baarſchaft, und aller anderen faehrenden Verlaſſenſchaft, ſo die Pfaltzgraefen von ihrer Linie uebrig lieſen, ihr gebuehrendes vorbehalten.* Reperiuntur haec apud Ludolph. *de iur. feminarum illuſtrium App. Part. III. pag. 13. ſeqq.*

§. XII.

Incorporationis
limites.

Feudi publici aperturam, de qua iam egimus, infequitur consolidatio ſeu incorporatio. Cum enim consolidatio ipſo iure non fiat, et hic requiritur, vt legitima interueniat declaratio prodomini ſublimis de domino ytili feudi aperti, cum dominio publico directo vniendo. Contingere haec poteſt non ſolum, ſi illam expreſſis verbis declarauerit coram imperii proceribus, ſed et ſi feudi aperti poſſeſſionem apprehenderit. Vbi neutrum factum eſt, feudum

dum nec consolidatum, nec incorporatum dici potest. Incidit iam hic nobilissima quaestio, de iure Imperatoris quippe prodomini sublimis feudalis, circa feuda imperii aperta consolidanda. Hic vero diuersas temporum iuriumque vicissitudines diligenter considerare debemus. Quum enim olim proceres Imperii tenuerint feuda nexu clientelari arctiori, et sub obligatione militiae in publica Imperii commoda praestandae: intererat statuum Imperii, omnia vnus magni corporis membra, vna cum nexu clientelari territoriorum imperii, a quibus auctoritas et potestas omnis pendebat in imperii libertate tuenda, non modo seruare integra, sed et magis eadem adaugere. Hinc ex obseruantia imperii olim non licuit Imperatoribus, feuda vexilli vltra annum sibi retinere, sed tenebantur ea de nouo conferre. Obseruantiam hanc testatur ius prouinciale Saxonicum,^{a)} et Alemannicum,^{b)} et magis adhuc confirmat media Imperii Rom. Germanici historia, in qua infinita inueniuntur exempla, Imperatorem variis ex rationibus consolidasse, et statim aliis principibus reinfeudasse. Quaedam hic illustrationis gratia attingere, non mihi inutile videtur. Ita Henricus V. defuncto an. 1106. Magno, ex Billinganis Saxoniae ducibus vltimo, Saxoniae ducatum in Lotharium Comitem Supplinburgensem transtulit. Porro an. 1130. Lotharius II. concessit Ludouico III. cum vexillorum festiua exhibitione, prouincialem comitatum Thuringiae, cum eo per sententiam esset priuatus Hermannus de Winzenberg, ipsique nomen principis imposuit, et Landgrauium Thuringiae voluit ab omnibus nominari. Celebratius adhuc consolidationis et reinfeudationis dedit exemplum Fridericus I. Barbarossae nomine insignis, quod iam supra (pho VI. recensui. Quum enim Henricus Leo, potentissimus illius temporis princeps, Dux Bauariae Saxoniaeque, cuius pa-

Fata consolidationis in feudo publico chronologica.



ter acerba fata an. 1139. erat expertus, ob lites inter ipsum et Archiepiscopum Coloniensem, Landgrafum Thuringiae et Duces Ascanios ortas, in comitia quater citatus, nec veniebat, nec respondebat, nec multam quinque millium marcarum auri soluere cupiebat: ipsum an. 1180. in comitiis Herbipolitanis, et feudis imperii priuabat, et illum banno afficiebat, consolidataque ita distribuebat in Gelenhusensi curia, consilio principum, vt comitem Ottonem Wittelspaciensem Bauariae ducatu, Bernhardinum Anhaltinum ducatu Saxoniae, Philippum Archiepiscopum Coloniensem Angria et Westphalia, Herrmannum Landgrafum Thuringiae, Saxoniae Palatinatu inuestiret, Lubecam et Ratisbonam priuilegiis immediatarum ciuitatum Imperii donaret, Stiriae vero et Tirolensem ducatus, patrimonio Imperatorum accenseret. *) Sic quoque Fridericus II. an. 1215. Comitem Palatinum Rheni, partes aemuli sui Ottonis IV. sequentem, proscribens, inuestiit cum ipsius terris Ludouicum ducem Bauariae, qui filio Ottoni illustri Palatinatum in diuisione adsignauerat; qui quidem beneficium hocce caesareum, per matrimonium cum Agnete filia Henrici proscripti contractum, †) proprium ac perpetuum sibi posterisque suis fecit. Ab hoc ad nostra vsque tempora, duces ex gente Bauarica ortum trahentes, Palatinatus ducatum possedere, qui iam extincta gente mascula ducum Bauariae, per obitum vltimi Ducis Maximiliani Iosephi, iure agnationis, vnici feudales successores in Bauariae ducatu, iure meritoque habentur. In interregno vero, vti vulgo vocatur, de an. 1254 — 1273. multa quidem imperii feuda aperiebantur, at non ordine procedebatur, cum saepius viribus potentior, alterius feuda et possessiones sine vltiori causae cognitione, sibi appropriaret. ‡) Austriam, Stiriam, et Carinthiam a Friderico Barbarossa imperio fuisse ad dictam,

dictam, supra docui. At, cum hoc turbido tempore Otocarus, Bohemiae rex, clandestina vi illas occupauerat; Rudolphus Habsburgicus, victo illo, an. 1278. illas rursus Imperio incorporauit, et communi Principum et ciuitatum consensu, Alberto et Rudolpho filiis suis Austriam, Stiriam, Carniolam et Vinodorum Marcham, imperii beneficio concessit. ^{h)} Tunc temporis enim in reinfendendis imperii territoriis, consensum electorum semper fuisse necessarium, non solum varia exempla ostendunt, sed et constitutio Rudolphi in comitiis Norimbergensibus an. 1287. facta, qua omnes concessionem feudorum imperii a Richardo Imperatore factas, ideo quod Electores non in illas conenserant, irritas declarabat, ⁱ⁾ expresse docet. Ludouicus Bauarus vero, extinctis an. 1322. Waldemaro et Ioanne, Electoribus Brandeburgensibus, ex gente Ascania, horum prouinciam tanquam imperio apertam recepit, et filio Ludouico in comitiis Norimbergensibus an. 1323^{k)}, contulit. Carolus denique IV. hancce pristinam obseruantiam, intuitu electoratum saecularium ad Imperium deuolutorum, in Aurea Bulla ^{l)} discrete comprobauit, atque sanxit, vt Imperator de electoratu, in casu aperturac, debeat et possit prouidere. Hoc in loco non solum tribuitur Imperatori ius infeudandi, sed et per verbum, *debebit*, ipsi obligatio ad id efficiendum iniungitur, ita quidem, vt ipsum ius fuerit cum obligatione illud exercendi connexum. Cum enim ex formula imperii Electoribus competat imperii consortium, ideoque instar columnarum in ipsa aurea Bulla habeantur: impeditur hac lege fundamentali, electoratum, qui eo tempore fuerant, consolidatio.

a) *Ius prouinc. Sax. L. III. Art. 65: Kein Fahnlehn muß der Kayser haben Jahr und Tag ledig.*

b) *Schweae-*

- b) *Schwäbisch Landrecht* L. I. c. 32. §. 13. *der Koenig soll kein Falmlehn in seiner Gewalt haben Jahr und Tag; er soll es hinhleihen.* Rechte vero in ambobus hinc locis tantum est mentio facta feudi vexilli, cum feuda sceptri, sine maiora feuda ecclesiastica, vix reuertantur ad imperiam, in feudis vero minoribus, in casu aperturæ, Imperatori maior potestas fuerit relicta. Descriptionem feudi vexilli et sceptri omisimus, cum res ipsa satis sit nota. Adeas quaeso Gundlingium in *Com. de feudis vexilli*, et Baderum de *feudis sceptri* in *Op.* p. 169.
- c) Optime illam rem narrat Helmoldus *lib. I. c. 35.* *Mortuus est posthæc Dux Magnus Saxonum et dedit Caesar Ducatum Luedero Comitib, eo, quod Magnus non haberet filium, sed filias.* — — Lueder autem obtinuit ducatum Saxoniae, et gubernauit cum modestia, tam Slavos, quam Saxones. Idem narrat *Chron. Sax.* ad an. 1107. et Conradus *Virpergenis* an. 1106.
- d) Auctor *Fundat. Monast. Gocerenfis* p. 215: *Annus quartus Lotharii Regis computatur, cum generalis curia Quedlinburgi in Pentecoste celebratur. Hic Hermannus de Witzburg. prouincialis honoribus dignitatibus principum iudicio abdicatur.* — — Cuius principatu Comes Ludouicus sublimatur, quippe qui Regi ut fidelis, ut prudens clarissimus habebatur.
- e) *Diplomata omnium v. in Schatenii Ann. Paderborn. l. 9. p. 850. Integram hanc rem iisdem propemodum verbis narant Chronic. Landgrau. Thuring. c. 20. Chronic. Engelhusii apud Leibnit. Tom. II. p. 1106. Otto de St. Blasio, c. 24. Has litteras inuestiturarum antiquissimas esse, quæ adhuc extant, credit Spener in I. P. Part. III. lib. II. c. 9. §. 8. p. 127. et 128.*
- f) Andreas Presbyter *Chr. Bau. p. 30. Adlzreiter Ann Boic. P. I. lib. 23. no. 27. Tolnerus in hist. Palat. c. 16. 17.*
- g) Multa assertorum meorum exempla v. ap. Koehlerum *Deutsche Reichs-historie* p. 244. Præcipue etiam ab his temporibus repetenda sunt ciuitatum imperialium, extinctis præcipue Sueviae ducibus, et nobilitatis adhuc florentis immediatæ incrementa, dum Philippus Sueuus Imperator, Sueviae villas et prædia inter nobiles suos distribuisset, qui, extinctis cum Conrado Sueviae ducibus, Imperio immediate sese subiecerunt. V. pluribus Struuium in *Syntagn. Iuris publici cap. 28. §. 3.*
- h) *Litteras consensuales Alberti Ducis Saxoniae v. in Du Mont Corps diplomatique Tom. I. p. 1 pag. 247: quod ad petitionem et dilectionem serenissimi Domini nostri Rudolphi Roman. Regis consensum et voluntatem nostram adhibemus plenariam, quod inclitus Dominus noster Rudolphus, Romanorum Rex, filiis suis — — terras Austriam — — libere possiden-*

possidendas, in isto titulo conferat feudali, et Ordnung von K. Rudolphen, zwischen seinen Soehnen in Lambecii Comment. de Bibl. caes. App. Lib. III. p. 330.

i) v. Diploma in Martene T. I. Theaur. Anecd. p. 1196. Ab hoc vsque ad Maximiliani I. tempora frequentes fuerunt Electorum Willebriese, siue litterae consensuales.

k) Albertus Argentor. p. 121: *Isdem temporibus obiit Woldemarus, Marchio Brandenburgensis, absque liberis; de quo marchionatu postea Ludovicus, Princeps, Ludovico filio suo primogenito prouidit. Diploma v. in Ludwigiū Reliq. Manuser. Tom. II. ubi inter alia haece generalem testatur obseruantiam: ne Marchia Brandenburgensis diutius viduitatis incommoda sentiret, cum ad imperium iure pleodi fuerit delata, se velle cum illo inuestire filium suum Ludovicum.*

l) Art. VII. §. 5. *Si vero aliquem ex huiusmodi principatibus ipsorum, imperio sacro vacare contingeret, tum Imperator, ceu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipso prouidere poterit et debet.*

§. XIII.

At, cum dissipato Imperatorum domanio, Imperatores non in curia, sed priuatim saepe de rebus Imperii statuerent: placuisse videtur proceribus, vt non amplius arbitriū esset, bona Imperii in feudum dare. Quando id praecise statutum, non dixero. Carolum IV. vero et Wenceslaum huic sanctioni forte occasionem praebuisse, mihi probabile videtur. Carolus enim IV. nihil regni Bohemici incrementis, prius antiquiusque habebat. Qua ex causa multa imperii feuda in subfeuda Bohemiae transtulit ^a), integrum Silesiae ^b) ducatum an. 1355, marchionatum Lusaticum ^c) an. 1370, et Circulum Egeriensem ^d) an. 1353. Bohemiae incorporauit, vt nihil dicam de bulla Erabantina imperii iuribus contraria, qua an. 1349. Ioanni Brabantiae duci, eiusue successoribus priuilegium concessit, de non euocandis subditis ad iudicia imperii ^e). Cum vero filius ipsius et successor, Wenceslaus, paterna exempla imitans, insignem

E

regni



regni Longobardici partem fisco subtractam, sub ducatus Mediolanensis titulo, Galeacio, acceptis centum millibus aureorum, in feudum daret^{f)}: status imperii ideo grauius questos fuisse, legimus. Illius facti mentionem faciunt Electores cum in foedere an. 1399. inter ipsos de seruandis ecclesiae, Imperii, et Electoratum iuribus inito, quo etiam cautum, ne prouinciae ab imperio alienentur^{g)}; tum in sententia depositionis, ubi Caesarem inter alia multa accusant, quod imperium mutilauerit, et dissipauerit, plures terras non Germaniae solum, sed et Italiae, ab Imperio alienauerit, et nudas membranas, maiestatis sigillo munitas, quibus possessores, quaecumque vellent, inferberent, vendiderit^{h)}. Ea lex postea in omnibus Electorum conuentionibus fuit repetitaⁱ⁾. Tentatum etiam Maximiliani I. auspiciis in comitiis Wormatiensibus an. 1492. vt certus huic rei daretur modus. Cum enim Maximilianus I. Imperii constituisset regimen, (in lingua vernacula Reichsregiment) vt in illo negotia publica, quae ad conferuandam pacem et defensionem imperii facerent, cum potestate exequendi componerentur: in delineata a deputatis ordinatione Regiminis, inter alia sanciebatur, ne Imperator cum feudis apertis, sine Electorum consensu disponeret^{k)}.

a) Haec vera est causa, cur curia Bohemiae tantum Vassallorum habeat numerum. Catalogum illorum statuum imperii, intuitu quorundam locorum, vassallico nexu cum rege Bohemiae coniunctorum, v. in Schwederi *Jur. Publ. Part. spec. II. c. 5. no. 4.* et in Laenigs R. Archiv *Part. spec. von Boehmen p. 469.* porro, in *Glasfey's Pragmatischer Historie von Boehmen, p. 720.*

b) Capitulum Caroli IV. de incorporat. ducatum Silesiae v. ap. Goldastum in *append. documentor. de Regn. Bohem. pag. 68.*

c) Diploma in *App. Script. Lusaticor. Hofmanni N. XLV. p. 203.*

d) v. Balbinum in *Epit. Rer. Boh. lib. III. cap. XV. p. 311.*

e) Quaeenam inde grauamina sint nata, atque huius Bullae naturam egregie exposuit, vir in omni litterarum genere summus, Ernestus Mart. Chladenius in *Progr. de Bulla Brabantina Vitemberg. an. 1748.*

f) Extat

- f) Extat: Diploma d. d. Pragae 11. Maii. 1395. desuper concessum apud Leibnitium in *Cod. Iur. Gent. Diplom. T. I. p. 257. et Muelleri Reichstags. Theater* unter *K. Friedrich V. IIIte Vorstell. c. IV.*
- g) Verba foederis Electoram, fluctuante republica, facti, v. apud Vlium Obrecht, in *Apparatu Iur. Publ.* (Argentorari 1696. in 4to) qui congesit acta depositionis Wenceslai, vbi pag. L: *unterstuende auch unser Herr, der Roemisch Koening, oder jemand anders das tytliche Roemische Rychte oder einige seiner zugehoerige zu smecten, abzubrechen; oder dem andern Rychte zu entfremden, oder dem Rychte zu entleden. darwider sollen wir saementlichen syn, und sollen unsern Willen, Gunst, und Verhengnisse darzu nit dun, noch geben in einche Wyse.*
- h) Illam exaurationis sententiam vid. ap. Müllerum in *Reichstags Theater P. I. c. 23. p. 296. verbis: er hat auch viel Staedte und Lande in Deutschen und Welschen Landen dem Reiche zugehoerende, und der ein Theil vorfallen sind, dem H. Reiche uebergeben, und der nit gedacht, noch an dem H. Reiche behalten. Cir. porro Goldast. *Const. Imp. Tom. I. p. 379. et Tac. von Koeningshoven Elsass. Chron. c. II. p. 142. item Lehmann in Chron. Spirens. L. VII. c. 72.**
- i) Ita in conuentioue, quam fecere Electores an. 1502. Gelenhusi. (*Churverein*) cautum fuit, ne negotia imperii in genere, nisi communi consilio, componerentur, v. Müllerii *Reichstagsstaat, lib. II. c. 1 — 4.*
- k) Hisce verbis: *So sollen auch ratslagen die ihenen zu Furstenthumb, Graffschafft, Herrschafft oder andere Gueter, zum Reich gehoerig, un empfangen im helten, oder besessen zu bewegen, und darzu zu bringen, dieselben zu empfaen mit gewoehnlichen Pflichten: Doch ob derselben Sueck eins oder mer Furstenthumb oder mercklich Graffschafft dem Reiche heimgesallen waren, oder zuwerden, soll durch uns mit Willen der Churfuersten darin gehandelt werden, die bey dem Reich fuerter zu behalten oder zu verleihen. Aber minder Lehen, so uns oder dem Reich heimgesallen weren, oder zuwerden, dieselben zu verleihen, wollen wir uns hierum vor, und uns behalten haben. Haecce Ordinationis verba v. apud Datt. *de pac. publ. l. III. c. 12. §. 124. p. 618.* Ceterum ordinatio haec est constituta in comitiis Augustanis an. 1500. Prima vero sessio Regimenti eodem anno, Norimbergae instituta. Licet autem regimentum hoc per sex annos esset definitum, desit tamen iam an. 1502.*

§. XIV.

Electo vero Carolo V. iuri scripto Germania coepit
 afuscere, et Electores iura imperii nunc quoque in certam
 E 2 formam

*Historia ipsius
 ex capitulationi-
 bus Imperatorum.*



formam redacturi, inter alia etiam, quid iuris in feudo aperto Imperatori competere debeat, in capitulatione, siue pacto, quo electores suo reliquorumque statuum nomine ab Imperatore, dum eum eligunt, modum in regimine seruandum iurato sibi stipulantur, definierunt. Articulo enim IX. ^a) ne quid rerum ad Imperium pertinentium alienet, nisi Electorum consensu, et deinde Art. XXIV. ^b) ne feuda aperta aliis conferat, sed potius feuda cuiusdam momenti, quorum videlicet possessores sunt status Imperii, vt principatus, comitatus et dynastiae, ad imperium deuoluta, Imperio incorporentur, donec maiores vires ceperint res imperii, pacti sunt. Clausula vero, ne id, intuitu iurium et priuilegiorum antea acquisite eorum cuidam fraudi sit, cum id antea forte in expectatiuis aut inuestituris non tam stricte obseruatum fuerit, tranquillitatis publicae causa, mihi adiecta videtur. Nouae huius principum constitutionis de non reinfudandis feudis apertis, ratio in promptu est, vt scilicet restauraretur aerarium Imperatoris ex feudis consolidatis ^c), et vt Electores, quem vellent, possent eligere Imperatorem, licet et exiguis esset praeditus facultatibus. At vsque ad nostram aetatem, hanc constitutionem euentu caruisse, vsus docuit, cum ne vnicum quidem adhuc imperii feudum in istum vsum fuerit conuersum. Bene autem et sapienter consuluerunt reipublicae Germanicae Electores, quod incorporationem tam diu solum intenderint, donec Imperii res maiora ceperint incrementa. Si enim in perpetuum omnes Ducatus et Principatus per aperturam ad Imperium deuoluti, Camerae et fisco incorporati esse deberent, illud inde nasceretur incommodum, euentu tristissimum, vt numerus Statuum Imperii plus iusto diminueretur, nec praeter Electores, Status ecclesiasticos, et forsan ciuitates Imperii, superessent alii status Imperii. Prae-

*Sanctionis in
capitulationibus
rationes.*

Practerea alia pericula forent metuenda, ita vt ipsae leges Imperii fundamentales sua auctoritate desituerentur, atque integra rei publicae Germanicae facies mutaretur.

- a) Verba articuli IX. haec sunt: zudem und insonderheit sollen und wollen wir dem H. Roemischen Reiche und desselben Zugehoerungen, nicht allein ohn Wissen, Willen und Zulassen gemeldter Churfuersten saemplich nichts hingeben, verschreiben, verpfanden, versetzen, noch in andere Wege vereuseren oder beschweren, sondern Uns auch aufs hoechste bearbeiten, und allen moeglichen Fleiß und Ernst fuerwenden, dasjenige, so davon kommen, als vormalen Fuerstenthumben, Herrschaften und andere auch confiscirt und unconfiscirt merckliche Gueter, die zum Theil in anderer frembder Nation Hand ungebuehrlicher Weise gewachsen zum fuerderlichsten wieder darzu bringen, zueignen, auch darbey bleiben lassen. doch maenniglich an seinen gegebenen Privilegien, Rechten und Gerechtigkeiten unschaeellich. Capitulationis huius verba depromta sunt ex Limnaei Capitul. Imp. p. 40.
- b) Verba huius sint tenoris: wenn auch Lehne dem Reiche und uns, bey Zeiten Unserer Regierung eroeffnet, und lediglich heimfallen werden, so etwas merckliches ertragen, als Fuerstenthumb, Graffschaften, Herrschaften Staedt und dergl. die sollen und wollen wir ferner niemand verleihen, sondern zu Unterhaltung des Reichs, Unser und anderer nachkommender Koenige und Kayser behalten, einziehen und incorporiren, bis so lange dasselbe Reich wieder zu Wesen und Aufnahme kommt, doch uns von wegen Unserer Erbland und sonst maenniglich an seinen Rechten und Freyheiten unschaeellich. Limnaeus l. c. p. 42.
- c) Quod relictibus in Germania nimium accisis, non habeat Imperator, vnde dignitatis splendorem sustinere possit, iam Maximilianus I. innuit in comitiis Wormatiensibus dicens: das Roemische Reich sey eine grosse Last zur jetzigen Zeit, und fallen darvon kleine Behl. Lehmann in Spirens. Chron. l. IV. c. 4. p. 284.

§. XV.

Qua ex causa diu de interpretatione huius legis, inter Imperatores et Electores, non satis conuenit. Illi enim, et praecipue Ferdinandus II. non tam absolute se restringi ad arbitrium Electorum crediderunt, quin postulante imperii necessitate, aut in remunerandis meritis in rempublicam, liberio rem sibi asserere facultatem possent. Ideo Ele-

Sanctioes re-
centiorum Capi-
tulationum



ctores denuo in comitiis Ratisbonensibus 1630. ne quid prorsus se inconsultis, de feudo aperto statueretur, institerunt^{a)}. Ut ergo omni istiusmodi dubitationi materiem in posterum praescinderent, et iura sua certiora efficerent, in Capitulatione Ferdinandi III. ^{b)} istam sanctionem, quae de facultate reinfeudandi nihil cauebat, ita explicarunt, ne absque praeuio Electorum consensu, feuda aperta conferrentur, sed dominio imperii adscriberentur. Ita tranquille iure suo utebantur Electores. At sensim et praecipue in consultationibus de pace Westphalica^{c)}, suafu reginae Sueciae, vniue in temperanda Electorum potestate occupatae, reliqui imperii ordines suam quoque auctoritatem requirendam voluere, et ut ipsi in partem condendae capitulationis admitterentur, vehementer vrere. Inde in monitis ad capitulationem, ^{d)} articulum XXX. ita formandum proponebant, ne feuda reinfeudari possent, nisi cum reliquorum Statuum consensu. Sed Electores nihil in Leopoldina et Iosephina ea de re immutandum rati, protestantibus Principibus, contraria protestatione priscum ius suum sunt tuiti. In comitiis interea multa de capitulationis perpetuae forma fuere disputata. Inter alia multa de modo disponendi de feudis Imperii, erat conuentum. Quorum cum rationem haberent Electores in adornanda Caroli VI. Capitulatione^{e)}, reinfeudatio principatuum, comitatum et dynastiarum, si imperio aperirentur, ab ipsis ad vtriusque Electorum et principum imperii collegii consensum, est redacta. Idem sequentes Imperatores, et Iosephus II., qui iam feliciter imperat, sunt polliciti. Per hosce gradus ad praesentem rei conditionem itum est. Primum Imperatores in sollempni curia, praeuia cum paribus curiae deliberatione, de feudis apertis iterum concedendis, statuebant. Caroli V. tempore incorporatio feudorum placuit. Tum Electo-

*Succincta repe-
tito.*

Electorum consensus in feudis apertis iterum concedendis
 requiri coepit, neque cum reliquis ordinibus, quamquam
 id a tempore pacis Westphalicae iam postulantis, nisi ex
 Caroli VI. capitulatione, fuit communicatum.

- a) Cfr. Acta comitialia apud Lundorpiam in *Act. publ. P. IV.* et apud
 Linnaeum in *maniff. ad Capitul. Ferdin. II* p. 612 — 664 sub titulo:
*Resolution, so vom Churfuerstlichen Collegio gestellet, auf die Kayserliche
 proposition welche beschehen auf dem Churfuersten-Tag zu Regen-
 spurg an. 1630. vbi inter alia haec verba occurrunt: Weniger lassen
 sich die vorgegangene Versetz- und Vergebungen des Reichs namhaf-
 ter Lehen, mit einiger Necessitaet oder anderer Ursache behaupten, son-
 dern bleibet bey ein sowohl als andern, klarer unbedingter Disposition
 Koeniglicher Capitulation, und des heiligen Roemischen Reichs Recht,
 so lange ein anders bey dem Churfuerstlichen Hochloeblichen Collegio nicht
 aufbracht und erlanget wird, in seinen Stand und Disposition aller-
 dings bevor und unbrgeben.*
- b) post verba eius: *die sollen und wollen wir*, adiecta sunt verba *Artic.
 XXX: ohne Vorwissen der Churfuersten niemands leyhen, auch nie-
 mand einige Expectanz oder Anwartschaft darauf geben, sondern zu
 Unterhaltung etc. einziehen. v. Linnaeum, pag. 795.*
- c) Cfr. Pfanneri *historia pacis Westphalicae* l. III. §. 35. p. 277. vbi inter
 alia graeuamina Evangelicorum haecce inueniantur: *temperandam
 quoque nimiam electorum potestatem, in ceterorum damnum atque iniu-
 riam sumtam. Ex formulis legum, de Caesarum imperio latarum,
 nullam fere esse, quae non aliquid mutationis passa, cum ceteris in to-
 tum consentiat, magno reipubl. incommodo, cuius Iura Statumque
 ambiguis semper perpetuisque fluctibus agitari necessum sit, nisi certo
 Capitulationis aeternoque tenore compecantur — Exinde etiam ex-
 plicandus locus I. P. O. Art. VIII. §. 3. in proximis comitiis —
 de certa constantique caesarea capitulatione concipienda — ex com-
 muni Statuum consensu agatur et statuatur.*
- d) Vide Monita in append. *Capitul. harmon* p. 197: *daß die heimgefallene
 Reichslehne, so etwas merckliches ertragen, ohne Vorwissen der Chur-
 fuersten und Staende, niemand verliehen werden moegen.*
- e) *Art. XI: Wenn auch inskuenstig Lehen dem Reich durch Todesfaelle
 oder Verwerkung eroeffnet, und lediglich heimfallen werden, so et-
 was merckliches ertragen, als Churfuerstenthumer, Fuerstenthumer,
 Graffschafft, Herrschafften, Staedte und dergleichen die sollen und
 wollen wir, die Churfuerstenthumer, ohne des Churfuerstlichen Cole-
 gii, die Fuerstenthumer, Graf- und Herrschafften und dergleichen
 aber ohne der Churfuerstlichen, Fuerstlichen, auch (wo es eine Reichs-
 stad*



stadt betreffen thut) Staedtscher Collegiorum Vorwissen fernes niemand leihen — sondern zu Unterhaltung des Reichs einziehen und incorporiren.

§. XVI.

*Ista sententia non
pertinet ad anti-
quiores electora-
tus.*

At, cum in articulo XI. Capitulationis Caroli VI. Electoratum apertorum, non nisi ex electoralis collegii consensu, rursus in feudum conferendorum mentio iniiciatur: dubium posset videri, vtrum, quae de incorporatione feudorum ibidem fanciuntur, ad eosdem producere, et sanctionem Aureae Bullae, eorum consolidationi aduersam, immutare fuerit propositum. Neutiquam vero septem primaeuos electoratus, incorporationi obnoxios esse, mihi persuadeo. Aureae Bullae enim, primae praecipuaeque legis, in *Spho* 12. not. 1. adductae locus in casu aperturae, provisionem expresse iubet. Cum vero dispositio haecce in nulla Imperii lege expressis verbis fuerit abrogata, lex vero semper loqui praesumatur, Imperatorique pro norma perpetua in Capitulationibus ^{a)} ponatur, secundum quam actiones suas dirigere debeat, nec probabile videatur, Electores ipsos Capitulationis conditores, collegii sui diminutionem voluisse; certissime patet, istius constitutionis in Caroli VI. Capitulatione primum obuiaae rationem eo respicere, vt ius, Electoratum apertum reinfeudandi, ex vsu Imperii ad solum collegium Electorum eiusque consensum sit adstrictum. Quamuis enim dispositio de feudis apertis incorporandis, ex nexu verborum posset ad Electoratus trahi: illa tamen ea ratione, qua id permittit Aureae Bullae sanctio, de ea specie mihi explicanda videtur, qua per leges Imperii vacans electoratus potest extingui ^{b)}, qualis intelligitur in nouis Electoratus, ad certas lineas adstrictis ^{c)}.

^{a)} Auream Bullam speciatim confirmatam legimus in Imperatorum Capitulatione. Ita in *C. I. N. Tit. II. §. 3.* statim inuenitur: *wollen die goldene Bull,*

Bull, — als gleich waere es dieser Capitulation einverleibet, von Worten zu Worten steet, fest und unverbruechlich halten, und unter keinerley Vorwand darvonder schreiten.

b) Cfr. *Itterus de feud. Imp. c. VII. §. 12.*

c) Ita extincta nostris temporibus videtur dignitas Electoralis ducatus Bavariae ex sanctione *I. P. Westph. Art. IV. §. 9*: quodsi vero contigerit, lineam Guilleiminam masculinam prorsus desicere, superstite palatina, non modo Palatinatus Superior, sed etiam dignitas electoralis, quae penes Bavariae duces fuit, ad eosdem superstites Palatinos, interea simultanea inuolutura gauisuros, redeat, octavo tunc Electoralatu prorsus expungendo. Ita etiam respicitur hoc in loco ad nonum Electoratum, qui saltem mihi adstrictus esse videtur ad lineam Hannoveranam ducum Branluico-Luneburgensium, arg. *Conclus. Imper. d. d. 30 Jun. 1708. in Schmauffii Corp. Jur. publ. N. CXII. p. 1311.*

§. XVII.

Consolidationem in feudo privato tam perpetuam, quam temporariam esse, supra monui. Iam quaestio adhuc superest, an haec distinctio etiam in feudo publico usum praestet? Quamvis enim vix credam, ex causa refutationis ^{a)} Status Imperii cuiusdam, feudum publicum Imperio aperiri, illudque ab Imperatore consolidari posse: tamen, cum interdum Vasalli imperii feloniae rei fieri possint, fidelitatis vasalliticae violatione, quaestio occurrere potest, an Imperator, ex iuris Longobardici feudalis analogia, hocce in casu feuda aperta ad tempus possit consolidare, donec iure suo agnati ad successionem perueniant. Equidem crederem, hac in specie consolidationem temporariam exulare. Quum enim feloniae cognitio principum Imperii iudicio sit vnice relicta, eiusque norma in legibus Imperii expresse sit praescripta ^{b)}, nec consolidationis temporariae exempla in historia Imperii mihi obuenerint: equidem putauerim, iuris Longobardici dispositionem, cum leges Imperii domesticae adfint, vsu esse destitutam, ideoque in hac materia illius

*Vsus distinctio-
nis consolidatio-
nis in perpetuam
et temporariam
in feudo imperii
nullus.*



distinctiones esse inutiles. Etenim capitulationes imperiales praecipunt, poenam priuationis neminem, nisi feloniae reum tenere^{c)}, nec agnatos aut alios, quibus ius in feudo competit, et qui feloniae haud sunt facti participes, inde damnum sentire debere. Exinde certum esse mihi videtur, non solum consolidationem temporariam hac in specie exulare, sed etiam priuationis poenam tam angustis finibus esse circumscriptam, vt nec quidem filii innocentes^{d)} auferri queat ius succedendi, ex pacto et prouidentia maiorum quaesitum.

a) De resutationibus in Imperii feudis in genere hoc tenendum, quod illa, quae fit in proximum successorem, etiam sine Imperatoris consensu, sit valida, facta vero in fauorem tertii, in inuestitura non comprehensi, interueniente demum Imperatoris consensu, periciatur. Boehmeri, *Instit. Iur. Feud. l. II. S. I. c. II. §. 478.*

b) *C. Nou. Art. XX. §. 1: Wir sollen und wollen auch in Acht- und Ober Achtsachen uns demjenigen, was vermög Instrumenti Pacis in dem juengeru Reichs-Abschied §. Nachdem auch etc. verglichen und statuiret worden, allerdings gemaeß achten.*

c) *C. Nou. Art. cit. §. 8: Gestalten auch im H. Roemischen Reiche bey veruuerckten Guetern des Aechters, desselben Verbrechen denen Agnaten und allen anderen, so Aewartung und Recht daran haben und sich des Verbrechens in der That nicht theilhaftig gemacht haben, an ihrem Iure succedendi in Feudam und Stammguetern nicht praeiudiciren, sondern das Principium, als ob auch Agnati innocentes propter feloniam des Aechters des dadurch veruuerckten Lehens, und anderen zu priuiren, keinesweges statt haben soll.*

d) *Cfr. Ern. Christ. Westphal. de effectu feloniae quoad successores feudales legitimos innocentes. §. 37.*

§. XVIII.

Iura Vicariorum in consolidandis et reinfeudandis Imperii feudis.

Coronidis loco adhuc quaedam addam de delicata Iuris Publ. quaestione, an Vicariis Imperii ius competat, feuda imperii saltem minora Imperio aperta, reinfeudandi.


Multa

Multa de hac re DD. in vtramque partem disputarunt ^{a)}, quorum sententias adferre nimis longum foret. Si vero quis rem propius intueatur, inueniet, distinctionibus quibusdam omnem difficultatem posse extricari. Cum enim omnium imperii feudorum non eadem sit ratio, nec circa omnia eadem poterit esse Vicariorum imperii potestas. Puto vero, inter feuda maiora et minora esse distinguendum. Scilicet quod feuda attinet maiora, feuda Imperii sunt vel principum, germanico idiomate *Fohndehne* vocata, vel comitum Imperii immediatorum. In illis, cum Aurea Bulla ^{b)} ne ipsis quidem illa renouandi tribuat potestatem, iuri reinfeudandi locus esse haud videtur, cum ne Imperator quidem sine consensu Statuum Imperii, denuo haec iterum aliis conferre debeat. Quod si illi Electorum et reliquorum Statuum consensu, de comitatibus prouidere velint, nec Aurea Bulla, nec capitulationes Imperatorum ipsis obstabunt, cum tota res suffragiis Statuum Imperii sit peragenda, Vicarii que in his locum Imperatoris repraesentent. De feudis vero minoribus aliter sentiendum esse, mihi persuadeo. Quamuis enim in legibus Imperii alienatione ^{c)} rerum Imperialium Vicariis sit interdictum: tamen haec sanctio ita ex iuris analogia erit intelligenda, vt nequeant res ^{d)}, infeudari nunquam solitas, nexu feudali adfringere. Neutiquam vero id ad res infeudari solitas erit trahendum; quippe quarum infeudatio nunquam alienationis nomine, insignitur. Exhinc Vicariis ius feudorum minorum reinfeudandorum competere, certum esse credo ^{e)}. Ceterum vero, si tempore interregni, aut iam viuente Imperatore, quocumque modo Imperio feuda fiant aperta, eorum administrationem et ius redditus inde percipiendi, ad Vicarios, pendente Vicariatu, pertinere, mihi persuadeo.



- a) Negatiuum tuentur Io. Limnaeus ad A. B. c. V. §. 1. *Obsf.* 14. p. 270. et de Ludwig in *Comment.* ad A. B. Tom. I. pag. 563.
- b) A. B. c. V. §. 1: feudis principum duntaxat exceptis, et illis, quae Fandeln vulgariter appellantur, quorum inuestituram et collationem soli Imperatori reseruamus.
- c) A. B. l. c. §. 1. in app: ipse tamen omne genus alienationis seu obligationis rerum Imperialium huiusmodi prouisionis tempore, expresse sibi no-uerit interdictum.
- d) Ita, sede vacante, capitulo permittitur non solum administratio bonorum, sed et, si ex ecclesiae salute differri non potest, collatio noua bonorum infeudari solitorum. Conf. Burc. Gotthelfi. Struv. in *element. iur. feudal.* Cap. 6. §. 106. et *transactio Capitul. Hildesensis* apud Plessing. *Histor. des Braunsch.* Lüneb. *Hausf.* Tom. III p. 654.
- e) Idem sentiant Griebnerus in *opusc. Iur. publ.* Tom. II. p. 27. et 33. Spener in *Iur. publ.* Tom. VI. p. 52. Struv. *Syntagn. Iur. publ.* c. XIII. §. 37. et Franke de *iuribus Vicariorum Imperii de feudis imperii apertis disponendi.*

T A N T V M.



ULB Halle


3


002 265 427



(f) Sb.







DISSERTATIO INAUGURALIS
DE

CONSOLIDATIONIS IN FEVDO
PVBLICO S. R. I. LIMITIBVS

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM VITEMBERGENSIVM ORDINIS
AVCTORITATE

A D

SVM MOS IN IVRE VTROQVE CONSEQVENDOS
H O N O R E S

D. I. OCTOBR. A. R. S. MDCCLXXVIII

IN AVDITORIO MAIORE

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR

IACOBVS CHRISTIANVS REINHOLDVS

PHIL. DOCT. IVR. VTR. CAND. NOT. PVBL. CAES. ET ADVOC.

IMMATIC. DRESDENS.

V I T E M B E R G A E

PRELO CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

ACADEMIAE A TYPIS

zur Übergang Illust. für D. H. G. Finck